

Caspar Heinrich Starck

**De Claris Godofredis Ad Clarvm Ortv Et Virtvte Dominvm Godofredvm A  
Wedderkop, Parentis Re Et Nomine Magni, Sereniss. Dvcis Regentis Slesvici Et  
Holsatiae Consiliarii in Senatv Sanctiori Praesidis ... Filivm Feliciter Aemvlvm, In  
Academia Iam Kilonensi Stvdiis Operam Naviter Dantem, Qva VI. Ei Martii Diem,  
Godofredo Sacrvm Gratvlatvr, Dissertatio Epistolica Caspari Henrici Starcki[i]**

Lvbcae: Typis Samvelis Strvckii, 1708

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1677138815>

Druck    Freier  Zugang





LB 160





DE  
CLARIS  
**GODOFREDIS**  
AD  
CLARVM ORTV ET VIRTVTE DOMINVM  
**GODOFREDVM**  
**A WEDDERKOP,**

PARENTIS RE ET NOMINE  
**MAGNI,**


SERENISS. DVCIS REGENTIS SLESVICI  
ET HOLSATIAE CONSILIARII IN SENATV  
SANCTIORI PRAESIDIS , MINISTRI STATVS PRIMA-  
RII, PRAEFECTI TOPARCHIAE TREMSBVTELENSIS SVMMI,  
CAPITVLI LVBECKENSIS CÁNONICI, AC DYNASTAE IN  
STEINHORST, TANGSTED, MOISLING, SEEGAR-  
DEN, MAGNVSWORD &c.

FILIVM FELICITER AEMVLVM,  
IN ACADEMIA JAM KILONIensi STVDIIS OPERAM NAVITER  
DANTEM,

*QVA VI. EI MARTII DIEM,*  
**GÖDOFREDO**  
*SACRVM GRATVLATVR,*  
**DISSERTATIO EPISTOLICA**  
**CASPARI HENRICI STARCKI,**  
Lubecensis.

LVBECAE , Typis SAMVELIS STRVCKII.

*F-1157 20.*





*Generose, ac Nobilissime Domine,  
Fautor ac Patronē studiose, obseruan-  
terque colende!*



Uam in praesenti leuidensem adgredior  
scriptionem, dum consecrare splendidissimo  
nominī Tuo, auspicato iterum in fastis re-  
deunti sustineo, caussis vtique inductus facio  
& graibus satis, & aliquod apud Te, si iudico  
recte, momentum habituris. Etenim tot  
haetenus abs Te, illustriue familia Tua benevolentiae cum  
meis omnibus & fauoris inusitati maectatus documentis, vt nu-  
merum me posse inire singulorum, aut demereri vñquam ista  
desperem prorsum, nisi alia suppeteret instituti huius mei iusta

excusatio, hoc vno iam videbar mihi permotus affatim argumen-  
to, vt, quod legis exile schediasma, nuncupare Tibi, & vt est ani-  
mus Tuus harum rerum non omnino nullus aestimator, Tuo  
statuere honori neutiquam subterfugerim. Cui quum alia insu-  
per, quae hoc a me officii, quod deboe Tibi, genus postularet,  
non inferior accederet ratio, tanto etiam minus dubitaui propo-  
situm illud meum exsequi, quanto magis Tuis inseruire deside-  
riis id credidi mihi semper datum esse negotii. Nosti adhuc  
haud dubie optime, & nisi nosse Te nossem, dicerem, eo tempo-  
re, quo Tua coram gaudere consuetudine atque amicitia non-  
dum negabat mihi, quae mutuo nunc diuidit nos & seiungit, lo-  
corum distantia, de claris a Te Godofredis inter sermones, qui-  
bus me dignatus es subinde, complures alias inie&tam fuisse ali-  
quando differendi occasionem. Adgnoui inde illico mentis  
Tuae, quae generoso impetu, velut aquilae genuina proles  
magni patris vestigia sequutura ad sublimia fertur, excelsam  
indolem, miratus sum laudabilem istam Tuam praecclare emer-  
gendi contentionem, gratulatusque tacite patriae, quae summum  
olim in Te sit veneratura rerum suarum ac fortunarum praesi-  
dium. Veni iccirco in eam sententiam, vt cuius Te ipse met signi-  
ficaueras mihi materiae amantissimum, istam explicare pro meo  
placendi Tibi studio, & vel solam meam testaturus erga Te ob-  
seruantiam incompto rudiique stilo, quem Tua supplet quaeso  
humanitas, adumbrare fuerim conatus. Quare caue iam, Gene-  
rose Domine, existimes, de claris, qui commune Tecum habent  
praenomen, dum in eo tractationem viris, vel tantum me arrogare  
mihi, vt exempla Tibi audeam proponere, quae intuearis  
quotidie ac imiteris, quod esset profecto tantumdem, ac curren-  
ti citatis gressibus equo stimulos velle & calcaria subdere; vel  
inter claros pariter aliquem affectare locum, qui Tulliani illius

non

## DISSERTAT. EPISTOLIC.

non sum immemor : de arte scripsisse optime Aratum, nec tamen  
fuisse artificem. (a) Neque vero etiam de me exspectes, vt hu-  
ius Tibi consilii mei pluribus reddam rationem, quod non ab-  
simili methodo atque via in enarrandis claris Adrianis, Alypiis,  
Andreis, Antigonis, Antoniis, Apollodoris, Apolloniis, Aristote-  
libus, Aristoxenis, Bernhardis, Clementibus, Constantiniis, Dio-  
nysiis, Ericiis, Franciscis, Fridericis, Georgiis, Gregoriis, Henri-  
cis, Jacobis, Iohannibus, Methodiis, Nicetis, Nicomachis, Nilis,  
Paulis, Petris, Philippis, Philonibus, Philostratis, Prosperis, Pto-  
lomaeis, Pythagoris, Simeonibus, Stephanis, Theodoris, Theo-  
philis, Thomis, Tyburtiis, Victorinis, Urbanis, Wolfgangis  
cepisse alios ex diligentissimo Ioann. Mollero (b) non potest esse  
obscurum Tibi. Quidquid praesenti licuit mihi praestare qua-  
licumque opella, id totum velim persuadeas Tibi ad Te colen-  
dum & ornandum esse abs me profectum suscepsumque nego-  
tium ; quem si ita faueat mihi fortuna , vt obtineam finem , de  
adfectu erga Te meo superuacaneum duco praefari plura , illud  
quod mihi proposui , proprius iam confessim argumentum ac-  
cessurus.

A 3

De

(a) de Orator. l. I. cap. 16. p. m. 72. col. a. (b) Homonymoscop. Sect. IV. cap. IV.  
quo, qui circa singula ista praenomina fuerunt occupati, historiae homonymorum  
litterariae scriptores a p. 914-925 enumerat. Addo nunc, de claris Andreis simile  
meditari opus sub Bibliothecae aliquando Andreanae nomine edendum non medi-  
cinae tantum suae , sed πολυμαθείας uniuersae laude celeberrimum Andr.  
Plantekouium , cuius rei fidem faciunt Noua Litterar. Mar. Baltic. & Septentr.  
MDCCVII. Octobr. p. 315. De claris memini me pariter Christophoris orationem  
inuenire citatam Adam. Christophori Sontagii in Nou. Litter. Germaniae MDCCV.  
Octobr. p. 383 quae & de claris non minus Henrici Frid. Ernest. Kettneri p. 114. &  
de claris Jacobis lo. Christoph. Rommel. & de claris Nicolais lo. Gustav. Otto p. 220. eius-  
dem anniorationes referunt. Conf. Dan. Geo. Morhof. Polyhistor. Litterar. L. I. cap.  
XVIII. pag. editionis , quae hoc anno prodiit , 226. & ex eo Christian. Juncker. Sche-  
diaism. de Diariis Eruditior. p. 8.

## DE CLARIS GODOFREDIS

De claris igitur quando sum in eo , vt ordiar Godofredis,  
pace Tua potero breuitatis studiosus omittere , quae morari me  
in hoc stadio remotiora quippe a nostro hoc scopo , & longo-  
ribus inuoluere ambagibus queunt. Innuo isto nomine, quam  
aliqui in genuina vocis Godofredi scriptione minutam nimis  
(Danielem hic imitor Georgium Morhofium (c) ) collocant di-  
lignantiam, admodum me quidem iudice scrupulosi , vtrum Go-  
thofridus rectius , an Godofredus, vel Godfriedus (d) adcurata  
iuxta orthographiae regulas dictione sit exprimendum? Quibus  
vellem non esse posthabitam plane vocabuli huius originem , ex  
notione vtrinque Dei & pacis deriuandam , quod, quo etiam  
cumque efferatur modo , suos tamen negare primos in lingua  
Germanica natales, (vt est Germanis praeter nomina Conradi,  
Georgii, Hermanni, Rudolphi, Theodorici, Valentini, Vdalrici,  
Viti, Wolfgangi teste laudato Mollero, quam gentibus aliis fre-  
quentius, (e) ) sua negare incunabula non potest.

Pariter constare vel me tacente vnicuique credo facile , de  
claris acturo Godofredis nullam mihi habitum iri eorum in po-  
sterum rationem, quibus ex ordine litteratorum id fuit vñquam  
vsurpatum cognomen , quam ista sit praescripta mihi meta , vt  
solos commemorare eruditos huiusmodi praenomine gauifos,  
qui contra , excludere hinc , suoque relinquere loco apud me  
constituerim. Multum profecto implere spatium , si illud nunc  
fusius agerem, prolixa laude duorum Godofredorum , Dionysii  
atque Iacobi , iureconsultorum excellentissimorum foret in pro-  
cluui,

---

(c) I.e. (d) Goffredus, vel Godefridas, vel Gothefredus, ab aliis inepte Gau-  
fredus, Gothfredus, sive Gothfridus idem nomen est, verba sunt Bibliothecae Ge-  
nero-Simlero-Frisianae f. 289, a. (e) Cit. loc. Scđ. I. cap. V. p. 130, coll. cap. IV. p. 88.

## DISSERTAT. EPISTOLIC.

clui, quorum illius vitam, scripta, elogia Melchior Sebizius, (f) personatus Adolphus Clarmundus, (g) huius Georg. Beierus, (h) vtriusque Henning. Wittenius, (i) Ludouic. Morerius, (k) Io. Iacob. Hofmannus, (l) Paul. Freherus, (m) Geo. Matthias Koenigius, (n) Tobias Magirus, (o) sexcenti alii suo quisque loco atque industria sunt persequuti. Quid tantis nominibus, quae ob immensa in iurisprudentiam Romanam merita merito omne saeculum suspicit, & veteris quandoam aeui Papiniano gloria fere pari aequalia esse iudicat, minoris luminis stellas, Ioannem Ludouic. Godfriedum ex Archontologia Cosmica, (p) Inuentario Sueciae, (q) Chronico Vniuersali, (r) Historia Antipodum &c. doctis notissimum, aut Ernestum Gothofredum, qui de Iure Consistoriali

riorum

- (f) In appendic. Chronologica subiuncta dem. Christi. Jubel-Best des Strasburgischen Gymnasii p 245. sq. unde totidem postea verbis Henn. Wittenius in suas Ictorum vitas Decad. I. p. 85-88. inseruit. (g) Vit. clarissim. in re litter. viror. P. II. num. XV. p. 73-81. (h) in Norit. Auct. Iuridicor. p. 68. 69. Conf. Eisnd. Specim. II. Not. Auct. Iurid. p. 33. 34. (i) Diar. Biograph. Tom. I. qui Dionysii vitam & scripta ad A. C. MDCXXII. pl. S. 2. Iacobi ad A. C. MDC LII. lit. Ddd. 4. exhibet. (k) dans le Grand Dictionnaire Historique Tom. III. f. 54. col. b. (l) Lexico Vniuersal. Tom. II. f. 410. a. (m) Theatr. Claror. Viror. de Dionysio quidem f. 1034. de Iacobo autem f. 1121. Adde tamen Geo. Beieri Notit. Auct. Iurid. p. 69. qui quae Freherus de Iac. Gothofredo habet, ea via lectu digna, turpi etiam neglectu in scriptorum enumeratione ibidem omissos codicem Theodosianum, Commentarium ad R. I. tractatum de Salario, & alia indicat. (n) Bibliothec. Vet. & Nou. p. 355. b. sq. 356. (o) V. eius Eponymolog. Critic. per Eyben. p. 396. 397. lit. G. (p) Quomodo in hac Archontologiam A. MDCXLIX a Geo. Christoph. Heinio Francof. in fol. antiquorem correctioremaque editam translatata sint omnia, quae habentur in Gallico opere: Les Etats, Empires, Royaumes, & Principautés du monde par le Sr. D. T. V. V. &c. ita ut carere, qui hac fuerit usus, isto facile possit, vid. Io. Andr. Bosus de Prudent. & Eloquent. Civil. comparanda §. LXXXV. edit. Jen. 1698. cura Geo. Schubart. p. 32. & Burcard. Gotthelff. Struv. Bibliothec. Historic. cap. XXXI. §. II. p. 771. (q) Inuentarium Sueciae oder Beschreibung des Königreichs Schweden Francof. A. 1632. in fol. perperam G. M. König. Ludouico Gothofrido tribuit. a Io. Ludon. Gothofredo diuerso. l. c. f. 355. b. (r) Titulum libri, editionem, & elogium vid. B. G. Struu. l. c. cap. VIII. §. X. p. 199.

## DE CLARIS GODOFREDIS

riorum est A. MDCXXXI. commentatus, (s) aut Petrum Godofredum, cuius exstant de amoribus tres libri, (t) aut Theodorum denique Gothofredum, Iacobi fratrem, qui historiis innovavit, (v) addere prolixè pergam?

Illud quoque arbitror haud esse necessum praemonere in limine solicite, ad nostrum adeo institutum non pertinere principes, Godofredi hactenus nomine claros, qui homines falso celebrare eruditos, ne quis frustra hic Lotharingiae Babantiaeque duces quaerat, induximus in animum. Quotusquisque est, qui nesciat, nisi aliena esset a proposito nostro res, plures (w) olim existisse ad imperandum natos Godofredos. Non iam testem Godofredum (x) adpellabo Danorum (y) regem, gestis cum Carolo M. bellis, quam historiam Helmoldus (z) consignauit litteris, famigeratissimum. Nec in scenam etiam

(s) König. l.c. f. 356. a. (t) König. l.c. f. 351. a. (v) L. Morer. l.c. Tom. III. p. 54. b. & ex Rigalt. in vit. Puteani König. f. 356. a. (vi) Exemplo sunt Goſfridus Francorum, qui orientales dicebantur, veterum ab A. C. 571. usque ad A. 995. dux landabili subditorum suorum Christi ſacris initiandorum ſtudio clarus, de quo Io. Hubner. Fragen aus der Politischen Historie P. V. p. 608. Goſthofredus comes Apuliae, Tantredi filius ap. eundem eod. libro P. III. p. 249. sq. Godofredus Holſatiae, quam ab A. C. 1008. usque 1106. tenuit, Stormariaeque comes, quum inſequeretur latrones, ex inſidiis tandem caecus, quem praeter I. Hubnerum c. I. P. VI. p. 367. sq. Chronicā narrant Slavorum Helmoldi & Arnoldi l. I. cap. XXXV. p. edition. Bangertin. præstantissimae 89. ex his Caſp. Danckwerth. Neue Landes-Beschreibung Schlewig und Holſtein P. III. cap. II. p. 175. b. sq. Gottfriedum comitem Hohenloicum, Gottfridum Roggenſēm, Godofredum electorem Treuirenſēm, Godofredos tres Barcinonenses ſive Cataloniensēs comites, quorum omnium notitiam ſupeditabit memoratus Hubnerus, lubens ſciensque prætereo. (x) Gotricum nominant Io. Hubner. l. c. P. III. p. 766. Sam. a. Pufendorf. Einleitung zur Historie cap. IX. P. I. p. m. 629. & Christopher. Schrader. Tabul. Chronolog. & Genealog. f. 6. (y) Sive Normannorum, nam Dani & ceteri, qui trans Daniam ſunt populi, ab historicis Francorum Normanni vocantur, inquit Helmoldus adleg. Chronic. Sl. l. I. cap. III. p. 15. cum quo coniungend. Lud. Morerii Dictionarium Tom. eir. f. 54. col. a. sq. (z) l.c. p. 15. & ex Io. Isaac. Pontano p. 17. conf. Io. Hubner. l.c. p. 766.

etiam ex Brabantiae (aa) ducibus Godofredum producam III eo potissimum notabili momento clarum , quod infans adhuc in cunis vagiens salici adpensus animum Brabantinis addiderit ad debellandos feliciter hostes , vnde Godofredus in cunis, Gottfried in der Wiegen victoriae huius dictus postmodum auctor fuit. (bb) Vnum ex iis , qui & purpuram simul gesserunt regis & nomen Godofredi, ante ceteros de Bouillon , quae Lotharingiae arx est, dominum nominabo, nulli vniquam militi virtute secundum, de antiqua Caroli M. linea originem trahentem , & cui plurimus inerat Carolus tam sanguine quam mente : Wilhelmi Malmesburiensis ita eum describere calamo iuuat. (cc) Huius quis non admiretur iure aut insignem fortitudinem, qua principatu relieto , institutaque in sanctam regionem expeditione eripuit animose barbaris loca Christi quandam praesentia illustrata,& possessoribus antiquis primo supra decimum labente saeculo restituit ; (dd) aut raram in tanto fastigio , quam

B

repu-

(aa) *Brabantia, quae Lotharingia olim inferior sive Mosana fuit dicta, tres habuit summatis Godofredos. V. Ioan. Iacob. Hofman. Lexic. Vniuers. Tom. II. f. 404. b. 405. a. Hubner. libr. c. P. II. p. 1132. 1134. sq. & L. Morerius. l. c. T. I. f. 486. voce Brabant. (bb) Lego de hoc Godofredi III. agnomine dissertationem, ut Io. Mollerius laudat Homonym, p. 865. prolixam, eruditam, & ordine digestam pulcherrimo, de Cognominibus principum, quam Francof. ad Viadr. A. 1684. (1683) excusam lo. Christoph. Becmanno debemus, theologo & polyhistori academiac eiusdem plane eximio cap. & § IV. p. 177. I. I. Hofman. in Lex. Vn. T. II. f. 405. a. Aug. Pfeiffer. Evangel. Erquid. Stund. P. I. p. 53. Calvis apud Tob. Magir. Epynomol. l. c. p. 396. Franc. de Mendoza Viridar. Sacr. & prof. Erudit. l. I. p. 10. sq. Io. Sam. Adami Delic. Euang. P. I. p. 508. Hubner. loc. c. alios. (cc) ap. multae lectionis Iac. Dani. Ernst. Ausserles. Dendwürdigkeiten cent. II. p. 395. (dd) Rem totam plenius suis cum circumstantiis peculiaris narrat Torquati Tassis liber a Diterico von dem Werther/ indice G. Neumarck im Palmbaumi p. 452. in nostram ex Italica linguam versus, ac sub rubro : Das erlöste Jerusalem Francof. ad Moen. 1626. 4to editus, Guil. item Tyrius Bell. Sacr. Guibertus Gesl. Dei per Francos, Baronius Annal. & qui horum*

repudiato regis & titulo & corona praecclare testatam suis fecit, humilitatem ; (ee) aut pudicitiam , cui per omnem se vitam mente iuxta ac corpore addixit constanter ; (ff) aut dignum eiusmodi principe, quo ipsi etiam inuicto parum cessit Herculi, robur ; (gg) aut reliquas, quibus claram adeptus est apud posteros aeternamque nominis memoriam , virtutes. Mihi namque integrum hac quidem vice non est, de laudatissimo isto Godofredo praeter sequens, quod Salomo Schweiggerus Hierosolymae in templo Caluariae Golgathano obuium esse spectator ipse & aurorū narrat, illius epitaphium adponere quidquam:

HIC IACET INCLYTUS DVX GOTEFRIDVS DE BOVLION,  
QVI TOTAM ISTAM TERRAM CVLTVI CHRI-  
STIANO ACQVISIVIT , CVIVS ANIMA REGNET  
CVM CHRISTO. AMEN. (hh)

Denum & remouendos adhuc, vt eo consequar citius portum, & exitum inueniam orationis, merito exstimo, quibus vno Godofredi praenomine plura insuper sunt indita praenomina alia, claros Godofredos. Quantus non eorum est numerus, qui istam veniunt referendi ad classem, quanta seges ? Inter primos facile Hector esse Godofredus Masius potest, theologus Daniae εξωτατος, cuius quemadmodum mentione Noua nostra Litteraria passim splendescunt, ita scripta proxime omnia,

quod

---

borum dedit compendium, Lud. Morelius *Dictio. Historique* Tom. III. f. 54. col. a quibus, si placet addendi lo. Iac. Hofman. Lexic. Vnu. T. II. f. 404. b. Aug. Pfeiffer. Evang. Erquist. P. I. p. 2. lo. Hubner. Fragen aus der Polit. Historie P. I. p. 603. I. D. Ernst. l. c. Arnoldius supplement. Chronic. Slau. Helmold. l. c. l. III. c. XI. p. 255. M. Car. Ortelob. disj. de Sepulchro Christi Viemb. 1656. § XXII. § quos Mart. Lipenius Bibliothe. Real. Philosophic tit. Hierosolymitanae Expeditionis praeterea auctores. f. 651. indicat. (ee) Ernst. l. c. Adami l. c. p. 31. sq. (ff) M. I. D. Ernst. cit. l. p. 417. (gg) Ernst. l. c. (hh) Reise-Beschreibung nach Constantinopel und Jerusalem l. III. cap. XXXI. p. m. 297. § I. I. Hofman, cit. l. f. 405. a.

quod promisisse nos nuper sciunt eruditii, (ii) anno hoc, qui secundam optato inchoat decuriam, praesente inseri iisdem curabimus. Eiusdem, siue nomen respicias solum, siue cum nomine dignitatem, illustris Gothofredus Guilhelmus Leibnitius generis est, Lipsiae suae & aulae Hannoveranae, imo Germaniae vniuersae honos, cuius luculentissima exstant in litteras omnes & sublimiores & elegantiores atque immortalia merita. (kk) Ex reliquis Gotfridus praecipue eminent Christianus Goetzius, praefulsi patriae meae venerandi Georgii Henrici frater germanus, senator Lipsiensis amplissimus, nec iuris tantum, sed humaniorum quoque studiorum, quid? quod Graecarum, pariter litterarum, quam sibi docta integri quadriennii peregrinatione acquisiuit eruditionem, ad  $\alpha\chi\mu\nu$  scientissimus; (ll) Ioannes Gottfriedus Olearius, (mm) antistes in comitatu Schwartzburgico Arnstadiensis ob Abacum in primis Patrologicum summa hodie in laude vbiique positus; (nn) Iustus Got-

B 2

friedus

(ii) A. MDCCVII. Nouembr. p. 341. sq. (kk) Encomio lo. Mollerij Diatriba de Helmoldo &c. Historico-Critic. § XXXVI. Plura enim in laudem eius Nova aequa Litteraria Germaniae, speciatim A. MDCCIII. Mai. p. 173, ac Acta Eruditorum, habent, quae crebrius observationes ipsius & scripta non siue praefermine honoris recensent. (ll) De vita & scriptis Goetzi V. Nova Litter. German. Ann. cit. Octobr. p. 379. 380. & passim. (mm) Probe distinguendus ab altero Ioann. Gottfried. Oleario, Ioannis II. Olearii patrui sui filio, Burgensem supremo Superintendente, cuius in Memor. Theologor. renouat, praeceptoris olim nostri honoratissimi Henr. Pippigii p. 27. Henr. Ionath. Werenbergius meminit. Reinh. certe Henr. Rollius, nouissimi de Eruditis Climaeterico maximo denatis ad magnif. lo. Fecht. Schedia smat. editor confusisse nostrum quodammodo videtur cum eius filio Ioann. Christoph. Oleario, dum, quam hic V. D. ministri & bibliothecarii apud Arnstadienses dexterrime spartam sustinet, hanc patri illius per quemdam memoriae lapsum p. 29. adsignat. (nn) Elegantis huins libelli, A. 1673. Jenae excus, quem Dan. Hartnaccium mirandum est suo velle auctori eripere, & nescio cui Ioanni Oleario adscribere, quaedam hic ex pluribus se sunt adiicienda elogia, mitto te hac vice ad

Io.

friedus Rabenerus, Misenensis quondam gymnasii rector,  
 Amoenitatum Historico-Philologicarum, quarum summam Acta  
 Eruditorum Lipsiensia continent, (oo) Decadibus inclutus;  
 Gotfridus Nicolaus Ittigius, quam in theologia Thomas frater  
 insignem famam possidet, eamdem in iure, quod profite-  
 tur publice Lipsiae, celebritatem nactus; (pp) Georgius God-  
 fridus Suendendörfferus, V. I. D. & Lipsiensis adiuvatus consul-  
 tissimus, die XIX. Iun. A. MDCC, quum opera adfecta, interque  
 ea augmenta tractatus Goldbeckiani de Gerada, nec non vitas  
 ICtorum praelo propediem committere in destinatis haberet,  
 morte praematura defunctus; (qq) Ioannes Gotfriedus Berge-  
 rus, & Paulus Gottfridus Sperlingius, medici ambo Vitember-  
 genses, principumque archiatri, ut pauci, praestantes; (rr)  
 Vterque Sebastianus Godfridus Starckius, theologus alter &  
 ecclesiae Freibergensis olim ephorus eximius, alter ex conrectore  
 Berolinensi L.L. O.O. in academia Gryphiswaldensi doctor mul-  
 ta eruditione & orientalis litteraturae gloria clarissimus; (ss)  
 Gotfriedus Christianus Bosius, SS. Theol. D. & Lipsiensis ad  
 ann. quo exequiale ei sermonem Io. Vlric. Mayerus habuit,  
 emortualem 1671 aedis Thomanae archidiaconus scriptis qui-  
 busdam

---

Io. Andr. Bosii *Introduction. in notit. Scriptor. Ecclesiast.* p. m. edit. in 8vo. 68. Io.  
 Möller, *Homonymoscop. Sect. II. cap. VII. § XCIII. p. 703.* G. M. König. *Biblioth. V. §*  
*N. f. 287. a.* Henr. Meibom. *Additament. ad Val. Henr. Vogler. Introduct. in notit.*  
*bon. Antz. p. 186.* Seuer Walth. Sluter. *Propylae. Histor. Christian. Sect. II. p. m. 107.*  
*Ec.* (oo) A. MDCXCV. *Mart. p. 140. sqq.* (pp) *De eu non uno loco Nova con-*  
*sule Litterar. German.* (qq) *Ex programmat. academ. Lipsiens. publ. nec non sum-*  
*me reverend. Th. Ittigii Leich-Predigten P. II. p. 723. vbi § digna lectu parentatio,*  
*qua iusta ei persoluit, quem modo nominauit, Gottfr. Christ. Goetzius p. 752. sqq.*  
*occurrit.* (rr) *Viterum Non. Litter. Germ. diuersis locis.* (ss) *Biographiam ho-*  
*rum commodiiori, quando de abuso meo, Cesario Starckio, Eileburgensem pri-*  
*dem Superintendente dabitur in posterum commentandi occasio, tempori referuo.*

busdam insignis ; (tt) Godofredus Ferdinandus de Buckisch, Andreas Godofredus Ammon, Ernestus Godofredus Heysius, Joannes Godofredus a Diesseldorf, & quot non praeterea?

Haec inquam quae adtigi haec tenus, & id genus plura amplam possent facile subministrare nobis, si ferret nostra intentio euagari paullulum, dicendi ansam, vastissimumque quasi quemdam aperire campum. At enim vero quibus nos circumscriptimus ipsos limitibus, extra eos efferre pedem aut exspatiari temere quemadmodum religioni ducimus, ita qui huic conueniunt loco, praefat iam in conspectum claros Godofredos proferre : Quod isto a nobis, ne *αὐεθόδως κατάκλησις* plane procedat haec commentatio, ordine fiet atque serie, ut quos theologia habet hoc nomine conspicuos, contemplari illos primum, inde ad iureconsultorum scholas progredi, tum inter medicos quoque horum obseruare aliquos, & postremo philosophis non minus hanc vendicare gloriam maxime nobis videatur esse consultum.

Itaque non vllis puto mihi vtendum, quibus me defendam, verbis, quod agmen iubeam nunc ceterorum ducere Godfridum (Goffridum communiter alii appellant) Vindocensem. Praeterquam enim quod sua se auctor hic commendet ipsum satis vetustate, inter antiquiores retro saeculi a nato seruatore duodecimi scriptores, qui Rob. Bellarmini, (uu) cum Io. Geo. Lairizio, (ww) Gerard. Meiero (xx) pluribusque calcu-

B 3

lus

---

(tt) *Henn. Wittenius D. B. T. I. ad A. C. 1671. lit. Eeee. 2. b.* (uu) *de Scriptorib. Ecclesiast. p. 173. edit. in 4to, quae Coloniae A. 1684. continuatione Andr. da Saussay auctor prodit.* (vv) *Synops. Histor. Ecclesiast. p. 380. & 391.* (xx) *Bibliothec. Theol. contract. I. I. cap. XII. p. 107.*

lus est, collocandus, facit etiam illud eminens viri in ecclesia Romana, cuius abbas & titulo S. Priscae ab Urbano II. creatus cardinalis ad Honorii usque II. papae extrema tempora vixit, & singularis dignitas. (y.y) Patriam quidem ei Andegauensem fuisse urbem annales nobis nunciant historici; scriptorum vero etiam, quibus adseruit nomen suum ab obliuione, & clarorum Godofredorum catalogo intulit, quemdam si quis gestiat hic legere recensum, ei memoratus modo pro me Bellarminus faciet satis, Godofredi huius quinque epistolarum libros cum opusculis quindecim & duodecim sermonibus (zz) cupido istarum rerum lectori indicans, vniuersim Parisiis Iacobi Sirmondi Loolitae (aaa) opera anno MDCX. excusos. (bbb)

Proximus statim Vindocinensi Gottfridus eat Varaglius, Buscanus Pedemontanus, siue merita libeat perpendere, quae volait exstare in rem pontificiorum sacram, siue religionis fideique, quam professus est initio, Tridentinae communionem

non

(yy) In recensione Historico-Critica librorum, qui ad theologiam spectant, qua veterum, qua recentiorum, Unschuldige Nachrichten / ut vocantur, von alt. und neu. theol. Sachen / dictirur propterea der grosse Mann im Pabstthum. A. 1702. 1. Sontag. p. 19. (zz) Cuius loc. mox citand. habet opuscula, Sermones 15. (aaa) Reperiuntur etiam opera Godofredi Vindoc. impressa in Bibliothec. Patrum Tom. XXI. P. I. Manuscriptam vero quamdam illius epistolam de vita Roberti de Arbrisello, fundatori ordinis Fontis Ebraldi dissoluta, huiusque a Devic ex Baylii Dictionario Historico-Critic. cum nonneminis super ea ad Baylium dissertatione apologetica (Dissertation Apologetique pour Robert d'Arbriselles) Antwerp. 1701. in 8uo pl. 20. vid. Unschuld. Nachricht. l. c. p. 16-19. quo pertinent quoque ea, quae Natalis Alexander in Histor. Eccles. Saccul. XI. & XII. P. II. Diff. V. disputat, citatus a Seuer. Walsh. Sluter. I. alleg. p. m. 18. (bbb) De Godofredo hoc possunt de cetero evolui Io. Gerhard. Patrolog. p. 548. Io. Gottfr. Olear. Abac. Patrologic. p. 180. Lud. Morerius le Grand Dictionnaire Tom. III. f. 35. col. a. Cuius Cane Histor. Litterar. Scriptor. Eccles. f. 640. ed. Lond. Ioan. Halleruord. Bibliothec. Curios. p. 109. a. König. Bibl. V. & N. f. 351. b. Labbaeus; & alii.

non illi multum postponendus. Quam gratularer impense mihi, quos coepit non ita pridem ordines exponere monasticos & clericales magnificus Io. Frid. Mayerus, (ccc) illorum pertexere eo usque catalogum si haec tenus voluisse, ut inuenire in eo Capucinorum quoque quamdam notis, licuisse, quorum utrum haberi auctor Godofredus noster recte debeat, dubitandum nobis nullatenus est, quin praefidiis utrinque sit ad decidendam litem & iudicio abunde instruetus. Ioannes certe Wolfius fundatorem huius fuisse ordinis ita in praecario Lectionum Memorabilium opere ponit extra controvrsiam, ut annum etiam huic facto adsignare MDXLIX, quo Iesuitarum inuenta in orbem ab Ignatio societas nondum duo compleuerat lustra, nullus vereatur. (ddd) Ad Wolfium Io. prouocat etiam Colnerus: (eee) utriusque sua sententia Rudolphus accedit Hospinianus. (fff) Secus autem Io. Henric. Hottingerus facit, (ggg) praeter Godofredum Varaglum gloriam huius instituti monastici Bernhardino modo Ochino, modo Mattheo Bascio, Vmbro, (hhh) adscribi ab aliis adfirmans, ipse interim suspendens iudicium, certique nihil definiens. Quidquid huius sit, ad agnitionem erroris peruenisse postrem Varaglum, Geneuam ex itinere, quod in Gallias papae legatum Carafam comitaturus susceperebat, profectum, & prioris vitae genus abiecisse, quae ipsum res in capitibus adduxit discrimen, ignisque subire supplicium, carceri a suis inclusum Taurini coegerit, in illo consentiunt tantum non omnes.

Ad

(ccc) Programmate gemino inuitatorio ad Andr. Ritteri tum lectiones cursorias, tum disputationem inaugurealem, Gryphiv. 1706. (ddd) Tom. II. Centenar. XVI. f. m. 560. ed. 1671. (eee) Chronologia Papatus, p. 317. sq. (fff) Castigatus eo nomine & reprehensus a Baylio. V. Unschuld. Nachricht, A. 1707. I. Ordnung p. 64. (ggg) Histor. Ecclesiast. N. T. Saecul. XVI. f. P. V. p. 505. sq. (hhh) Cui subscribit etiam Io. Andr. Schmid, Compend. Histor. Eccles. p. 433.

Ad Godofredum nunc Ambianorum quondam praesulem  
vt promoueam pedem , pontificiorum in caussa est, quo diuum  
illum quotannis suspiciunt , cultus atque veneratio. Sanctitatis  
isti, quae supra vulgus adscendat , singularis laudem Romanus  
adserit martyrum liber , a Caesare primum Baronio idiomate  
latino adornatus, indeque in vernaculam per Conradum Vette-  
rum conuersus dialectum : (iii) post hunc vero etiam ne ple-  
nior paullo de vita illius actisque desideretur amplius cognitio,  
& Laur,Surius, Ioann,Molanus, Claud,Robertus, fratres Sammar-  
thani vastis, quibus sanctorum complexi sunt singuli res gestas,  
effecerunt voluminibus , & suo idem labore in Dictionario Hi-  
storico Ludouicus pariter ex his praestitit Morerius. (kkk)

Non paucos habuit adhuc papatus praeter eos , quorum  
meminimus haec tenus,nec ignobiles prisca aetate homines, quos  
in censum referre clarorum Godofredorum nil foret negotii,  
amplissimis plerosque muneribus sacris illustres, modo non im-  
plere iis paginas, quod liberali iam ab aliis manu factitatum no-  
uimus, (III) & animus nobis & voluntas deessent. Missis pro-  
inde tantisper & sepositis pontificiis, quibus, quod περιτολιστας  
adfectent libenter , hanc fecimus gratiam , vt primo prodirent  
conficiendi loco, non minus celebre excipiat eorum cohoret  
Godofredi Rabi nomen , dignum quod suam hic inueniat ante  
reliquos vicinam istis sedem. Neigenstadii is in Franconia,  
quod Neostadii est ad Salam oppidum , editus , annis aetatis  
duodeuiginti exactis monasticae se totum Heribولي transcrip-  
rat vitae. Initatus postea Freisingae in Bauaria sacrificulus, or-  
dinique,

(iii) Ad diem 8. Nouembr.p.186. b. (kkk) Tom. III. p. 54, col. a. (III) De-  
novo Vid. Morer. l. c. f. 34. col. b. & f. 35. col. a. b.

dinique, qui ab Augustino traxit denominationem, peractis Monachii missae sacris, concionator datus, admiserat paulatim ad animum proprius veritatis euangelicae lucem, mutataque cum pri-  
stino Pragensi domicilio mente, detestatus abominanda Babylonis Romanae βδελύγματα Vitembergam accesserat, urbem illam Saxo-  
niae, cui a reformationis primordiis immortalis adhaeret gloria. Me-  
moriā ergo tantae conuerſionis propagaturus ad posteros chal-  
cographorum aliquis (mmm) duos excuderat numos, quorum vtri-  
usque confestim ex viro clariss. Christiano Iunckero erit haud dubie  
venia, si εκ γυπτον audeamus cum vberiore explicatione subiungere:



C

In

(mmm) Nomen artificis Noribergae tum degentis Valentinus est  
(πολυμα-

In superiore prioris numi parte adparent anser & cygnus, Hufsum & Lutherum qui indigitant, sese respicientes; in inferiori autem coruu (index nominis Godofredi Rabi) qui pedibus insidet libro missali, cui imposta est triplex corona pontificis; ad latus eius tres templi turres, bulla cum sigillis adpensis, labarum sacrum, & crux trifurcalis, qualis archiepiscoporum esse solet. Subtus: CUM PRIVI. C. in margine: VND DER KONIG WIRD THVN WAS ER WIL VND WIRD SICH ERHEBEN VND AVFWERFFEN WIDER ALLES WAS GOTT IST. DANIELIS 12. 2. THESSALONIC, 2. id est: Et Rex faciet, quidquid lubuerit, extolleatque sese & insurget aduersus omne id, quod Deus est. In auerso numi latere haec visitur inscriptio Germanica: ANNO M. CCCCXIII. ZV COSTNITZ WARD DIE GANS GEBRATEN. ANNO M. DXXI. ZV WVRMS ISTS DEM SCHWANEN GERATN. Ao. MDCL ZV WITEMBERG DEN RAABEN GOT BEWAR MACH DAS KINDT DER SVND OFFEBAR. 2. THES. 2. DANI. 12. GODEFRID RAB. D. D. V. M. id est: Anno 1414. Costnizii assabatur anser, (nempe Hufsus.) 1521. bene cessit negotium cygno; (nempe Luthero;) 1601. Wittebergae

(πολυμετέρες τοις μόστην Ιακ. α Μελέ in Syllog. Thaleror. Imperial. p. 96. Vtricam manuū) Maler, de quo etiam proinde ultimas utriusque numi litteras: D. D. V. M. esse accipendas, ut sensus sit: GODEFRIDO RABO Dicat Dedicat Valentinus Maler, ipse Chr. Junckerus putat, multo quidem rectius, quam antea interpretatus istas cum Schlegelio fuerat: Doctor, Divini Verbi Minister; vel ex mente aliorum: Der Doctor von München, quibus prioribus explicationibus singularis posteriores merito has cogitationes praefert. Vid eius Vit. Luther. Numis atque ironibus illustrat p. 279. huiusque libri versionem Germanicam, quae A. 1706. sub nomine des guldene und silbernen Ehren-Gedächtnisses Lutheri lucem publicam adspexit. p. 363; in not.

tebergae coruum (nempe Godofredum Rabum) conseruet Deus faciatque palam filium peccati. Alter numus minoris est moduli, refertque eamdem cum priori imaginem, inscriptionem vero paullo aliam & huius quidem tenoris: ANNO 1414. ZV COSTNITZ DIE GANS GEBRATN WARD. Ao. 1521. DEN SCHWANEN ZV WVRMS GOT BEWARDT. An. 1601. GEN WITEMBERG GEFLOGEN KAM EIN RAB, WELCHER OHN ALLE SCHAM, SEIN HESLICH GSCHREI VERLASSEN HADT, ITZT LIEBLICH SINGT DVRCH GOTES GNAD. GODEFRID RAB. D. D. V. M. id est: Anno 1414. Costnizii assabatur anser. Anno 1521. cygnus Wormatii tuebatur Deus; Anno 1601. aduolabat Wittebergam coruus, qui nullo ideo pudore suffusus horrisonam deseruit vocem, suave melos nunc decantans per Dei gratiam. (nnn)

Godofredum placet succedere Godofredo Rabo Cundisium, non Ienae solum suae, quam docendo egregie academiam ornauit, sed cui editis insuper ingenii monumentis inseruit, orbis qua patet, litterarii vniuersi lumen clarissimum, fulgidissimum. Quo minus huius hac vice theologi depraedicem prolixiori commentatione publica officia & vitam tantum non integrum, suadet, quam ex proprio referentis ore, vt est in me indignum mira comitate, adornari a Geo. Henr. Goezio, viro encomio omni longe superiore sum edoctus, proditura propediem illius cum Lucae Loffii, Simonis Pauli, Geo. Stambelii, Lucae Pollionis aliorumque vitis biographia. Nec pauca

C 2

ibi

(nnn) *Vit. Luth. l. c. p. 277-280. ubi cuiusvolupte est de God. Rabo legere plura, carmine etiam iconi Rabi additum cum mentione Gretseriani in numismata adducta commentarii, ut de eius vel ita melius constet persona, innuerit.*

ibi nec vulgaria de Cundisio nos esse habituros, (vtinam negotiorum moles egregium non sufflaminet propositum!) quis nisi cui exquisita auctoris diligentia & eruditio sunt ignotae penitus, ambigat? Id, vt  $\alpha\sigma\mu\beta\omega\lambda\sigma$  hinc ne exeam plane, strictim tantum dicam, postquam Misniae eum oppidum Radeberga exspirantis saeculi XVI anno XCIX die Septembr. XI exposuerat in lucem, pastoris primum Geringswaldensis muneri fuisse admotum, inde ad Leisnicensem, Ossitiensem ac Martisburgensem transisse ephoriam, demumque Salanae vbi acadiae doctor sacrarum litterarum ac interpres solidissimus aliquamdiu nominis sui impertitus fuerat gloriam, iectum in ipsa conacione apoplexia anno aetatis LII, qui Christi est MDCLI praemissa in vitam alteram vtraque coniuge, scriptis autem quam plurimis relictis decessisse. (ooo) Cetera de Godofr. Cundisio momenta, eaque paullo specialiora Paul. dabunt Freherus, (ppp) & Henn. Wittenius, (qqq) quique non ita pridem in pari arguento sium testatus est de doctis bene merendi conatum, vtroque recentior, Io. Caspar. Zeumerus. (rrr)

Venio ad Godofredum Meisnerum, quem virum dum dico, theologum dico in ecclesia, cui ornamento exstitit singulari, post alios neutquam omittendum, aut praetereundum. Quod si in laude poni Timothei a Nepote (sss) merito potest, acceptam a maioribus gloriam multis eum auxisse virtutibus, eodem cur Meisnerum quoque commendandum putem nomine, claretatem parentum aemulatione virtutis animique magnitudine

vel

(ooo) V. Concionem Jo. Musaei D. P. P. funebrem God. Cundisio habitam.  
 (ppp) Theatr. f. 557. (qqq) Diar. Biogr. T. I. ad A. C. 1651. (rrr) Vit. Professor. Theologor. Jenens. omnium p. 173-177. (sss) In vita eius cap. I. statim ab inst.

vel supergressum vel imitatum, rationes sunt in promptu non omnino nullae. Pater ei obtigerat Balthasar, tantus calamo Matthiae Hoe, (ttt) ut intellectum, sapientiam, eloquentiam stili planam, & minime contortam perspicuitatem, modestiam, & quod caput est, pietatem collaudent magnates, celebrent principes, extollant vniuersitates, admirarentur ecclesiae, & populosae ciuitates: matrem venerabatur Magdalenam Ludouici Personii, IC. pariter in Saxonia famigeratissimi filiam. Horum non degenerem se esse prolem, aliquot statim post nativitatem, quae Vitemberga A. MDCXVIII idibus Nouembr. accidit, comprobabat annis, institutionis praceptorum suorum Iac. Welleri & Ioann. Sperlingii maxime capax; augebat vero etiam de se sensim egregiam spem, anno aetat. sexto & decimo patriae aca- demiae insertus ciuium numero, biennioque post non quemadmodum multi, qui septem artium salutantur magistri, nondum earum discipuli, prima ex merito lauro decoratus. Quidquid vel philosophia interiori sinu reconditum, vel theologia habet, eorum tum ille nihil intentatum, nihil imperuestigatum relinquebat, quin solertiam vbique suam, & quos audiebat, & quos auditores fouebat, in omni scientiarum genere clarissime testaretur. Iamque praemia, quibus se dignum specimine publico non uno ostenderat, tempus erat capessere. Non ordo solum philosophicus collegam sibi vendicabat illum, non theologia modo supremum ei, quem dare potest titulum A. MDCXLIII deferebat. Vix vacare lessenenfis inspectio ecclesiae cooperat, quum huic iste dignitati prae aliis par iudicatus

C 3

obeundae

(ttt) Ap. Io. Andr. Quensted. Ethic. Pastoral. mem. VII. p. 69.

obeundae a Mart. Caselio, Superintendente Generali Alteburgico, antistes eius coetus constitueretur, non dimittendus hinc, qua deuinixerat sibi docendi dexteritate omnes, nisi Haynensis eum senatus A. MDCXLIII suae euocasset dioecesi praeficiendum. Nil sigillatim de reliquis memoro, quibus aliae eum destinauerant vrbes, si voluisset sequi, muneribus grauissimis, amplissimisque. In officio, cui defuit numquam, qua fuerit industria atque studio; in coniugio, cui trina dedit vice operam, qua fide & amore; in vita omni, cui ad A. MDCXC superfuit, qua pietate, eruditione, iustitia, loquatur, qui sermonem ei ultimum habuit, ipse non ita pridem Meisnero in caelis triumfanti adsociatus electoralis in Saxonia aulae protecclesiaestes Sam. Bened. Carpzouius. (uuu) Hoc debemus virtuti tanti theologi, quae Seneca de virorum bene meritorum post fata quoque perennante fama prudens est adsertio, ut non praesentem solum illum, sed etiam ablatum e conspectu colamus. (www)

Duos, eosque insignes maxime celebritate nominis protrulit familia Oleariana Godofredos, alterum erectum iamdum orbi, cui profuerat, eruditio, alterum in eius decus ac emolumentum nostra etiamnum aetate saluum adhuc & superstitem. Quapropter propositi mei nimis sim immemor, si accersere huc illos pariter, & satisfacere, quae praedicantur apud omnes, ingenio eorum, doctrinae, rectissimisque studiis nolim. Magnus omnino & gloriiosus ecclesiae praeful fuit haud abs re propterea Hieronymo comparatus a Io. Bened. Carpzouio Godofredus ille Olearius, qui calendis natus Ianuariis anno saeculi elapsi  
quarto

(uuu) V. Henr. Pipping. Memor. Theologor. renouat. Decad. III, p. 354.  
363. (www) Ap. Ad. Clarmund. l. c. P. I. p. 85.

quarto patrem suspexit Ioannem in binis quondam academiis Regiomontana atque Iulia publicum doctorem, sacrorumque postremo apud Halenses vel gratia, vel dignitate, vel scriptis, vel auctoritate antistitem venerabilem. Non tam hoc in ipso laudo, quod parentibus fuerit editus sui ordinis spectatissimis, quam istud & admiror, & celebrare satis ut fas est, non possum, quod horum solerter adeo sit sequutus in iis, quae ad virtutem pertinent, rebus vestigia. Erant ei, qui bonis litteris imbuerent iuuenem, Aeschardus atque Euenius praceptores. Istrom praeclera diuinaque indole ita aut arripiebat celeriter informationem, aut anteuertebat, ut Ienensem mox academiam, ex hac Vitembergensem, ex vtraque Lipsiensem adire, & non magistrorum solum suorum Maioris, Gerhardi, Himmelii, Meissneri, Balduini, Martini, Roberi, Lyseri, Hulsemanni, Hoepfneri scholas frequentare, sed & aliis magister ipse aperire improbo studio potuerit. Quid mirum inde, optimis institutis a factis suis ad gloriam quotidie contendenti certatim honores abs theologorum perinde ut philosophorum facultate fuisse collatos. Immo ut intelligere eo quoque magis liceat, quam traxerit in sui amore Godofredus noster animoshominum, semestre nondum in diaconi Vitembergensis officio exegerat spatium, quum permota ciuis sui excellenti doctrina ampliore patria collocandum iudicaret loco, templi primum Halensis Ulriciani, post Mariani pastorem denominatum, atque vrbicarum ecclesiarum superintendentem; quam ita administrauit sancte ultra quinque annorum decades ad mortem usque spartam, ut ex gemino cum Anna Wogauia & Elisabetha Schaefferia coniugio liberorum septem pater, nepotum viginti trium autus, pronepotum quatuor

pro-

proauus factus, longe etiam plura transmiserit ad posteritatem egregia industriae suae ac pietatis specimina, theologi vbiue summi, & sacrarum litterarum scientia praestantissimi ab aequis quibusque rerum aestimatoribus clarum nomen consequens. (xxx)

Alter ex splendida Oleariorum gente nostrum clarorum Godofredorum catalogum noua accessione aucturus Godofredus est Olearius, Ioannis III filius, Godofredi modo memorati nepos, patris sui rara admodum felicitate in academia Lipsiensi collega hodie, Graecarumque, quas profitetur, litterarum callentissimus. Quando ad hunc virum verba adplico Pauli Manutii, Carolo Pisaurio, Leonardi filio ita scribentis: Quum tibi nasci mi Carole contigerit ex ea familia, in qua semper verus honor & splendor virtutis enituit, nihil debes humile cogitare, nihil obscurum aut inane, excelsa petat animus tuus, ampla, illustria, plena dignitatis & gloriae: (a) videor mihi, qui ista facta ipso referat, eo quippe adspirans, quo maiorum eum suorum exempla vocant, luculentum in Godofredo illo deprehendisse aliquod documentum. Quae est enim quaeso res, qua utilem se non demonstret reipublicae litterariae ciuem, nouumque inferre in familiam suam decus retenta praeclara laudis expetendae exercendarumque artium optimarum consuetudine gestiat? Ab ipso habemus, quae historiam philosophicam adiuuant non parum, argumenti varii plurimas dissertationes, tanta elaboratas adcuratione,

(xxx) Ex Henr. Pipp. l.c. Dec. I. p. 41-65, cum quo coniungend. ipsius Godofr. Olearii Halygraphia Topo-Chronologic. adpend. plag. Unn b. sq. H. Witten. D. B. T. I. ad. A. C. 1685. Reinh. Henr. Rollii schediasm. de Erudit. Climacterico maxima- denat. p. 28. sq. 8. G. M. König Bibl. V. & N. f. 187. a. &c. (a) Praefat. in epistol. ad Attic. subiunct. eius epistol. p. m. 652.

ratione , vt impetrare ab omnibus adplausum haud difficulter queant : (b) habemus loca noui foederis bene multa commentario quasi quodam inlustrata , explicata . (c) Et quid non habituri aliquando erimus , si Philostratum legere notis ipsius & animaduersationibus castigatum , quo se procul dubio opere eum esse qui est , palam faciet , hoc est , doctrina atque ingenio singulari praeditum , propedi em licuerit ? Scilicet quemadmodum veterani venatores ceruum ex impresso vestigio dignouerunt , ita docti ex scriptione virum , satis iam in hoc negotio est dixisse cum Iusto Lipsio , (d) vt qui sibi ipsi praeco est , cumulare multa in eius laudem , quod iis solet esse solemne , quibus absque suspensa hedera non venire vinum metus est , nihil adtingeat in praesenti .

Post duumuiros hos Olearios , quorum nulla dies extinguet nomina , nulla obscurabit vñquam obliuio , prodeat Godofredus Henschenius , e societate Loiolae , quae Iesu nomen usurpat , theologus , a religione quidem adsperrnabilis merito mihi , sed magnam tamen , vt reticeri hoc loco commode non debeat , adeptus famam atque existimationem . Si nullo is sibi alio obstrinxisset eruditos beneficio , quibus se tamen pluribus praeterea satis probauit laudatissimis scriptis , (e) vel ob solum ex quo Actis Sanctorum edendis socias cum aliis admouit ma-

D

nus,

(b) *V. Nou. Litterar. German. passim.* (c) *Iterum Nou. Litter. Germ. A. MDCCIV. Aug. p. 295. It. Octob. p. 378.* & alibi . (d) *Centur. I. Epistol. ep. 45. p. m. 57.* (e) *Possunt ea legi ap. Witten. Diar. Biogr. T. I. quaternione Tttt. b. col. a.* & ex parte Jo. Halleruord. Biblioth. Carios. p. 108. b. Reinh. Henr. Rollium Sched. de Erudit. climacterico max. denat. 1707. p. 23. G. M. König. Biblioth. V. & N. f. 391. a. Speciatim elegantissimam vocat eius de tribus Dagobertii dissertationem , qua eosdem bene distinguat , eorumdemque gesta exponat , Burc. Gottb. Struu. Bibliothec. Historic. c. XIV. § VIII. p. 313.

nus, incredibile eius studium habituros eos non est negandum, quo ipsi nomine plurimum ferant in acceptis, plurimum se fateantur debere. Gratias suo quisque loco habeant, qui peculiariis antehac libris diuersorum gesta sanctorum emiserunt in lucem, & a tenebris, quibus iacebant inuoluta, adseruerunt, a celeberrimis Actorum Lipsiensium collectoribus numero fere innumero nominati. (f) Tam eos, quotquot sunt, praeclarum impendisse diligentiam, huic ut possit aequiparari memorabili instituto, aut cum eo componi, in eo consentientes facile habebo vniuersos, quando sustineo ire inficias. Quid est, rogo te, in his sanctorum vitis neglectum, si religionis excipias praeiudicia, ut inire abs omnibus gratiam summa concinnatae *anno Beia* non possint? Siue attendas ad auctores, qui huic insudarunt negotio, varios, ante Godofredum Henschenium, egregie Latinis, Graecisque litteris ac theologicis disciplinis eruditum, (g) Ioannes elucubrandos istos annales, orsus est Bollandus, eruditione non minus, quam ille & eloquentia insigni instructus, post vtrumque Daniel continuavit Papebrochius, Franciscus Baertius, & Conradus Ianningus, qui ita suas singuli impleuerunt communi consilio partes, ut quam optime defuncti officio sint citra controversiam dicendi. (h) Siue ordinem intuaris huius laboris, & quae in illo obseruatur, aptam dispositionem, haec tomi est cuiusque concinna facies, ut qui sanctis emor-

(f) A. MDCLXXXIII. M. Ianuar. p. 57. (g) Elogium hoc est Actorum, quae modo nominavimus, Lipsiens. l. c. cui geminum est Combeffisi virum eum pariter salutantis eruditum ap. Hallerord. cir. l. (h) Videantur Acta Erudit. Anni dicti p. 7. sqq. itemque A. MDCXCVI Novembr. p. 500. Add. A. MDCLXXXIX. Febr. p. 58. Et seu, Waldb. Sluser. Prophetae Histor. Christ. p. 125.

emortuales sunt dies, in hos reponantur initio iii, acta deinde ipsa stilo, quo conscripta sunt primum, suo exhibeantur, hinc prolegomena sanctorum quorumuis patriam, aetatem, cultum, reliquias inlustrantia praemittantur, mox adnotationes subiiciuntur variaeque lectiones, tum epitome, quam summaria vocamus, copiosius dicta in nucleo quasi referens sistatur, demum appendix, in quam coniiciantur omissa, subsequatur, & index postremo septuplex concludat, idemque locupletissimus. (i) Siue ad stupendam denique argumenti deuenias amplitudinem, in tantam iam excreuit, & tam immensam illud molem, ut mens solus Ianuarius binis A. MDCLXIII editus in folio voluminibus, mille exponat centum & septuaginta memorias sanctorum, ne Februarium A. MDCLVIII tribus absolutum tomis, Martium A. MDCLXVIII totidem tomis excusum, Aprilem A. MDCLXXV eadem magnitudine luci datum publicae, Maium A. MDCLXXX, A. MDCLXXXV, A. MDCLXXXVIII septem inclusum tomis, Iunium A. MDCXCIV in quatuor tomos digestum, quique vel prodierunt iamdum amplius, vel exspectantur adhuc in posterum, longius menses recitem. (k) Adeo prorsum abs re maculam adsperrgere, cui strenue promouendo immortuus A. MDCLXXXII d. XII Septembbris (l) est Godofredus Henschenius, augusto huic operi, & ob labefactatam in eo ordinis sui antiquitatem sinistris insultare cauillationibus, libelisque criminosis Carmelite sunt conati, (m) vt immortalem

D 2

potius

(i) denuo V. Acta Erud. MDCLXXXIII. Ian. p. 8. sq. (k) Zach. Grapius de Menaeis & Menologis Graecor. Rost. 1697. p. 21. cum Act. Erudit. l. ce.

(l) ipso anno climacterico maximo V. R. H. Rollius l. c. Act. Erud. A. MDCLXXXIII Ian. p. 12. & Witten. l. c. (m) Scriptorum, quae opponere Actis Sanctorum nil erubuerunt patres Carmelite, eorumque praecipue in Belgio provincialis Sebastianus

potius reportasse Henschenium iuxta cum ceteris gloriam oporteat ex Henric. Meibomio (n) confiteri, cuius inter alia aliorum (o) infinita elogia tanto in praesenti libentius vnius adlego auctoritatem, quanto magis acquiescere me illa tuto posse, non egere autem pluribus praeterea testimoniis satis sum superque apud animum meum persuasus.

Forte nunc exspectant a me, qui Godofredum Arnoldum in deliciis habent, eiusque imprudenter velut sputilingae dicta promiscue omnia tamquam oracula exosculantur, ut eum pariter claris hic Godofredis adnumerem. Quod utinam salua, ex quo diuinam veritatem iuit pessime conculcatum, & in errores prolapsus est, haereticis ne quidem ipsis condonandos homo intra ecclesiae purioris pomoeria natus, (p) praestare religione possim. Ita enim mea habet sententia, quos sincerae pietati virtutique deditos esse constat, illorum ut neminem vnum sua cupiam fraudari laude, quin publica potius vitae existimem recensione colendum. At quam iste male suae consuluit famae, machinas subinde disponens aduersus coetum orthodoxum, fanaticorumque operoso defungens contra patrocinio, qui nefarius

---

bastianus & S. Paulo, tantum non omnium catalogum texunt Eruditii Lipsiens. in Actis suis A. MDCLXXXIII Ian. p. 13. Mart. p. 128. A. MDCXCVI Mart. p. 132. Novembr. p. 500. 501. quorsum & vidend. dicum eheu! quondam Saxonie historiographus, nunc μανεζής Guil. Ern. Tenzel. Monatl. Unterred. 1698. Mart. p. 165. sqq. Iun. p. 536. sqq. Z. Grap. diss. cir. Vindicationem etiam horum Actorum tum ab ipsis illorum auctoribus, tum Cangio, tum alius institutam vid ibid. II. cc. (n) ap. S. W. Sluter. Prop. Hisf. Chr. l. c. (o) quos inter opportune adhuc facurrit mihi Godofr. Vockeroth. Commentation. de Societatib. Eruditior. P. II. cap. III. § VI. p. 112. (p) Vitam quodammodo Arnoldi ex iis licebit addiscere, quae Relationes habent Nou-antiquae 1701. Mart. p. 95. Vide etiam me, se placet, in tractat. de Doctrinam Vita privata, proxima abhinc aestate excuso, cap. II. § XVI. p. 58. sqq.

farius conatus iustum nostris indignationem expressit ac censuram, tam ego non possum pronunciare de eo aut statuere verius, quam eamdem ipsi nominis deberi claritatem, quae Herostrato olim fuit, vel Commodo imperatori, vel Pausiae, vel Gabrieli Fundulo, (q) quum honesto non possent facinore impetrare gloriam, scelere & indignis modis facientibus. Proh! insaniam, ita abripi praeposterō ingenio, quae sana quondam sapienter voluit Ludouicus Viues (r) studia nostra, nemini noxia, nobis & omnibus in commune salutifera, conuertere ista ad impietatem ut velis. Stomachari quis me dicet non facile citra rationem, aut anticipata duci quadam opinione, quando in Godofredum Arnoldum tale fero rectum iudicium. Fidem adpello & conscientiam, quorum est de rebus sentire absque finistris affectibus ingenue, vtrum caussam sit inuentura aliquando posteritas celebrandi grata mente memoriam Arnoldi, & ne meritorum intercidat illius recordatio, scriptis statuisque conseruandi. Quomodo non scopo is suo commodum arbitratur, maledictis vniuersam nostram ecclesiam omnesque eius doctores sine fronte ferociter conspuere, iisque technis ad religionum omnium indifferentium recta via ducere? Quid nisi suis conueniat moribus, rectum putat & christiano homine dignum? Quantis non debacchatur in Historia haeretica adulationibus in theologos grauissimos, ipsis etiam hostibus sanctos atque inviolabiles habitos? Ais, suum tamen Arnoldo (s) pariter

D 3

ter

(q) *De singulis vid. Mich. Wiedeman. Histor. Poet. Gefangenschaft. Februar. p. 89. Iq. de Herostrato. autem seorsim conf. Phil. Camerar. Horar. Subcesinar. Centur. I. cap. VII. p. 63.* (r) *ut est ap. excellentiss. Goetzium meum, Schulbrun. p. 77.*

(s) *V. Io. Henr. Fenstking. im Vorbericht ad Gynaecium Haeretico-Fanatic. p. 123. Einsdena cum Thomasio furfuris sunt loach. Langius Nachricht von der Unrichtigkeit*

Rist

DE CLARIS GODOFREDIS

ter eiusque libro pretium statuere Christianum Thomasium ! Ehodum illene is est , vt scribere leges theologis quasi Romanorum quidam dictator , & quid admittendum in re sacra , quid Secus , solus praesumat se scire , alias pro fungis reputet ? Ego tibi , quam tribuendum sit omnino nihil maligno viri , cuius vt in prudentia iuris , non ita etiam in theologia pari adsensu placita dignamur testimonio ac πολυπραγμοσύνῃ , arbitros adferam , qui decernant , paullo aequiores . Audi Nicolaum Bergium , si fata obsequerentur nobis , longiori vita dignum : Gothofredi Arnoldi , infit , scripta venenata varii argumenti , sed potissimum Chronicon Ecclesiae & Haereseon , quum vniuersae historiae ecclesiasticae faciem foedarit , ad Garamantas & Indos essent releganda potius , quam in ecclesia nostra toleranda . (t) Eamdem Arnoldo dicam , nisi quod alio vtatur sermone , fautor noster colendissimus , D. Albert. Ioach. Krakeuitius scribit , in quem nulla cadit peruersi partium studii suspicio : Der grundhöse Arnold (welchen doch hicmit Göttl. Barmherzigkeit zur wahren Erleuchtung und rechtschaffenen Bekehrung herzlich empfehle) thut nichts anders/ als daß er unsere Kirche/ und deroselben redliche Vorfechter zu prostituiren sucht / hingegen fast allen und jeden Lockmäusern und Schwindel-Geistern das Wort redet . — — — Arnold

keit der Unschuld . Nachricht I. Ordin. p. 20. & Io. Geo. Rosenbach inuidiosae uterque chronicon laudantes eccl. Arnoldi , quorum quidem fanaticorum uti non moror in praesenti iudicium , ex merito propterea summe reuerend. V. E. Loeschero vapulantium Unsch. Nachricht. 1707. I. Ordin. p. 31. & III. Ordin. p. 178. ita de prauitate Thomasi meso Bativ committentis eis ἄλλο γένος , & cum pseudo-politicis in theologiam messem suam immitteritis alienam falcam erit aliquando in exercitiat. de Lutheranismo a iureconsultris promoto plura differendi occasio , quae donec prodeat , legéndam interea do Godfr. Christ. Bosi querelam , itsdem appendicis instar subiunctam Unsch. Nachr. l.c. p. 206. (t) de Statu Eccles. & Religion. Mosconit. P. II. praef. ) ; ( 3. 6.

Arnold kan seine giftige affecten nicht bergen / indem er als ganz  
verdüstert / die Misbräuche des Papstthums nicht sehen kan / hin-  
gegen bey denen Lutheranern alles mit Vergrößerungs- Gläsern  
anschauet. (u) Fallor, an ex vngue iam leonem liceat co-  
gnoscere. Ceteroquin enim , si depingere suis Arnoldum co-  
loribus aliquanto liberet adcuratius , quamque de ecclesiastica  
eius historia censeant alii sequius , libro carnificis , ita viuam ,  
manu puniendo , (x) ordine persequi , nec Fechtii mihi , nec  
Mayeri , nec Goetzii , nec Botsacci , nec Feustkingii , nec Veielii ,  
nec Zentgrauii , nec Coruini , nec Frickii , nec Cypriani , nec  
Pfanneri , nec Lintrupii , nec Arndii , nec Wolffii , nec Schulteti ,  
(y) pluriumque fuissextura huic negotio celebratissima vniuer-  
sim nomina praeuideo , vt longe etiam maiores testium nu-  
bem amice inter se conspirantium opus sit futurum mihi priori-  
bus adiungere.

Non minori quam Arnoldum , quid ? quod meliori etiam  
iure , proscribere a praesenti themate possum , & ad orci , quibus  
eiusmodi digni sunt scurrae , tenebras damnare , quisquis est ille  
profligatissimi pudoris nebulo , Godofredum a Valle . Circumfer-  
tur illius pestilentissimus liber , Artem nihil credendi (z) in titulo  
ostendens , & quis ita omni sit pietatis erga Deum sensu vacuus , vt  
vel ad solam tam infausti scripti commemorationem , cui nimis  
profecto

(u) Untersuchung der Neuesten Streit-Fragen vom Beichtstuhl p. 12. 13. (x)  
Largiatur mihi verbum hoc de suo I. A. Thuanus de Vita sua l. I. adnex. Historiar.  
Tom. III. f. 1169. col. 4. lit. D. (y) Loca singulorum longa adponere serie nihil esset  
alium , quam integrum concinmare Systema . Mentreum istorum omnium qui optime  
expressit , unus mihi nunc arridet Loeschens Unsch. Nachricht. A. 1701. Mart. p. 195.  
sq. 1704. VI. Ordin. p. 355. VIII. Ordin. p. 500. & passim. (z) V. Dan. Geo. Morhof.  
Polyhistor. T. III. l. V. cap. I. § 11. p. 50. edit. nouiss. & auctor. der Unschuld. Nach-  
richt. quem non statuere diuersum hunc librum a libro Valei : Cur receptum sit  
euangelium ? A. 1705. IX. Ordin. p. 146. inuenio.

profecto audire inhiant nonnulli impetrando, (aa) totus non exhorreat atque contremiscat? Pontificios propterea memini male audire Gisberto Voetio, quod ex Caluiniano atheum hunc factum fingant Godofredum, quam ille a sua amoliri religione imputatam culpam adlaborat. (bb) Illud vero non potest non veritati esse exacte consonum, quo inter libros nefandos, atheismum propugnantes, aperteque machinantes, chartas istas collocat. Theoph. Spizelii graue iudicium. (cc) Omnino ut dubitari de eo amplius non debeat, tragicum quoque idem confirmat foetus illius infelcis fatum, anno MDLXXII flammis feralibus addicti, & ne ferret aetatem, cum suo isthoc parente in cineres Lutetiae Parisiorum redacti. (dd)

Quanto ex aduerso sanctior, ne intereat vniquam aut tradatur obliuioni, Godofredi Weissi est habenda memoria, viri pii atque docti, suique saeculi theologi non contemnendi. Hoc ut obtineam,

(aa) Godofredi a Valle Artem nihil credendi rarioribus putant scriptis adnumerandam Observatores Hallenses, quia Morboſo, Webero, &c ceteris diligentissimis eiusmodi librorum rimotoribus fuit innisa, iisque fide solumento Voetti, Spizeliique innotuit, Tom. X. Obseru. IX. §. VIII. p. 229. Alii vocare etiam in dubium, eo quod potiri illo libro vel numquam licuerit hactenus, vel admodum raro, iſtius libri editionem, quam admittere maluerunt, de quibus vid. M. Paul. Frid. Sperling. Moses Detenans P. I. p. 55. & ex Spizel. Fel. Litterat. Eiusd. Nicodem. Quaerent. Continuat. P. II. p. 21. maxime vero magnif. Mayerus im Evangelischen Engel p. 1352, quo in scripto quaestioni nonnullorum: Num eiusmodi liber draconam lucem adspexerit? satisfacit, citatus eo nomine ab Andr. Acolurho Specimin. Alcorani quadrilinguis f. 49. not. (bb) Selectar. Dispp. Theologic. P. I. p. 136. (cc) in Scrutin. Atheismi p. 56. quem in modum Frid. pariter Ern. Kettner. nefandum appellat librum de Religion. Prudent. p. 16. & die Unschuldigen Nachricht, primo inter libros atheorum periculosisſimos loco (in die erste claſſe der allergrößten und gefährlichsten atheistischen Bücher) G. a Valle Artem nihil credendi ponunt A. 1705. IX. Ord. p. 549. (dd) Possum hic nominare legendos D. Io. Muller. Atheism. Deutic. Prolegomen. Cap. IV. p. 52. ex Mullero Inman. Weber. Beurtheilung der Atheisterey. p. 131. Mayerum, Voetium, Sperlingium, Kettnerum loco quemque adducto.

obtineam, percipere ex Ioann. Fechtio, quem seruet Deus, iuuat Hollandiae eum Borussorum VI. Ianuar. die A. MDCLVIIICrusio Albino, in academia quondam Regiomontana ob mathematicorum studiorum professionem spectati nominis viro, postea ludi oppidani Hollandiensis rectore, tandem proconsule ciuitatis, & Maria, Friderici Radouii, castri electoralis Pruss. Preuß. Mart vulgo dicti, ac ecclesiae Liebwaldiensis pastoris filia natum, eximio & bonarum litterarum capaci ingenio adeo posuisse preclare rudimenta futurae eruditioris, ut superato tum patrio, tum Tillensi, tum & Regiomontano lyceo exeuntem e scholis excipere mox academia, quae Hedioneum, Voigtium, Casparum, Conciuum, Thegenium, Dreierum, Zeidlerum, Grabium, Sandium, Dammium dedit ei duces atque hodogetas, hinc vero etiam Rostochium inter suos admittere A. MDCLXXVIII ciues, & Varenio, Cobabo, Siricio, Schomero tradere formandum praeceptoribus, sumnum A. MDCLXXX in philosophia ambientem gradum potuerit. Non sane praeter rem dicauerant eum primis a pueritia annis graui morbo decubentem sacro studio parentes, cui ita fauebat theologia, ut quamplurimis clarum iam scriptis dissertationibus collatae ipsi a senatu Rostochiensi ann. MDCLXXXIII Graecae linguae professioni nollet ea immori, quin ad ecclesiae potius, quum vnius vix intercessisset anni spatium, ibidem Nicolaitanae diaconatum, indeque amplius ad ephoriam etiam Lunaeburgensem suscepto doctoris primū axiōmate A. MDCXCIII progredi; Quo quidem munere non sine egregia suorum defunctis demum commendatione, dueta in torum antea Margareta Agnesa Weidenkopfia, Georgio Henrico pharmacopoeo apud Rostochienses senatorio profata, diui-

no iterum nutu stationem reliquit, naturaeque debitum com-  
muni bonorum omnium luctu A. MDCXCVII persoluit. (ee)

Dimitterem nunc theologos, & quos illorum haec tenus in  
ordine notaui qualicumque opera claros Godofredos, iis pari-  
am inter ICtos quoque instituto inuestigandis protinus me  
accingerem, nisi suum adhuc iure abs me efflagitaret officium  
Godofredus Wegnerus, supremo hoc, si seriem spectes, primo  
si eruditionem & dona, adducendus loco. Cui exigua adeo  
istius, quem a pluribus annis publico sibi docendi ministerio  
deuinxit academia Regiomontana, professorumque suorum albo  
inseruit, videantur merita, vt possit hinc salua, quae debetur  
viris doctis, veneratione excludi? Nullius celebrare numeri  
homines, eorumque facta quaeque leuia praeter fas euchere al-  
tius, id equidem est perinde, atque nugas agere. Sed cuius  
tanta pridem exstigit apud omnes dignatio, vt testimonium dic-  
cant eius virtuti vniuersi, quis aberrare me facile a scopo arguet,  
si ausim hic iniicere honorificam illius mentionem. Wegnerus  
sane is est, quem & praesens suspicere orbis debet, & grata, si  
qua futura est, posteritas non potest nescire. Huius laudis cer-  
tissima exstant in Nouis Maris Balthici litterariis indicia. (ff)  
Negas, quae singulis pene annis exhibentur ibi scripta istius lon-  
ge plurima, tanti esse momenti, nobilitare auctorem suum ea-  
dem vt queant? Nego tibi hanc esse fanae mentis facultatem,  
quae qualem deceat esse summum theologum, intelligat satis,

aut

(ee) In programmat. initiator. ad disputation. Weissi inaugural. de Chil-  
afmo subtili. Rost. 1693. 4to Conf. Zach. Grapii Evangelisch Rostock. p. 203. (ff)  
Locis, quae index subgeret, diversis, quibus quodammodo adiungend. Unschuld.  
Nachricht. v. A. U. N. 1702. XLVIII. Sonntag p. 106. quibus der gottseelige und  
berühmte theologus cit. pag. audis.

aut diiudicet. Nae feliciter, quo ante ipsum turpi apostasia Iohannes Philipp. Pfeifferus (gg) exciderat, eum fibi conciliauit Wegnerus nominis splendorem, propriumque veluti fecit; cuius praebet nunc etiam maiorem quotidie gloriae materiam, dum nihil eorum, quae ad ecclesiae existimat emolumentum pertinere, negligit, vt religionis potius euangelicae doctor aequem prius atque cordatus studio omni & conatu eat hodie veritatem promotum.

*Qui in classe iureconsultorum tanta videntur celebritate, ut classorum queant venire nomine Godofredorum, horum nunc primum do legendum Gottefridum Wendelinum, doctorem iuris eminentissimum, & inter illos, qui hanc disciplinam indefesso excoluerunt studio, tam experientia, quam iudicio pollentem. Maximam libris suis, qui de vocibus mixto-barbaris, terminis forensibus barbaris, feudalibus, aduaticis, aliisque egerunt haec tenus, doctrinae de se ac immensae lectionis Gerardus Io. Vossius, Io. Meursius, Nicol. Rigaltius, Henric. Spelmannus, & Carolus du Fresne concitarunt apud prudentiores opinionem, quandoquidem, ut felicius versari in legum interpretatione licet, & inoffenso vbique pede progredi, suo isthac dederunt labore effectum. Gothofredum autem Wendelinum quare his vel anteponam scriptoribus, vel non minori cupiam habendum loco, eiusdem, quod inuidere orbi noluit, imperat mihi argumenti nobilissimum opus. Eximium haud dubie est illud institutum, quo leges Salicas inlustrare perspicue, & quodam quasi commentario luculenter explanare hanc iniit pridem viam, id cepit laudabile con-*

E 2

filium.

---

(gg) *Nou. Litter. M. B. C. S. T. I. Jun. p. 92.*

filiū. Testis mihi praesto est, qui non abs re propterea illam de meliori nota commendat operam, & maiorem adprobat in modum Daniel Geo. Morhofius, tantus, ut solum eius ad exprimendam absolutissimam eruditionem nomen sufficiat. (hh) Alius testis Georgius est Beierus, Wendelini nostri non leges saltim Salicas Antwerpiae A. MDCXLVIII in folio cum subiuncto Glossario impressas adcuratori paullulum recensu, sed earum etiam auctorem, quem erudite vbiue ratiocinari, & magnam antiquitatis Germanicae spirare notitiam statuit, encomio dignatus; (ii) quorum si compleat trigam ὁ θαυμάσιος Herm. Conringius, magna eum salutans eruditionis virum, (kk) quae non tam conferre parcus in Wendelinum, quam spargere largo numero voluerunt alii, abstineo de industria pluribus istius commentis colligendis elogii.

Gothofredi a Bauo non ignotum est in scholis iurisperitorum aut obscurum nomen, IC. si Henelium interroges, clarissimi, atque in supremo Sabaudiae senatu praefidis. (II) Ab eius namque doctissimo calamo praeter Praxin, quam ita adpellat, & Theoriam Criminalem non pauca exstant, quae ad legum humanarum apprime faciunt interiorē cognitionem, solidissima scripta. (mm) Sed enim uero & hunc & multos alios iuris exacta scientia praecedit nunc Gothofredus Antonii, illorum, qui Themidis audiunt suo merito sacerdotes, vel eruditione, vel dubiorum prompta resolutione, vel auctoritate spectata nemini vni secundus. Ad eius cognoscendam peritius paullo aetam

(hh) *Polyhist. Litterar. T. I. l. IV. cap. 4. §. 9. p. 38.* (ii) *Norit. Author. iuridicor. p. 119. sq. 121.* (kk) *ap. Tob. Magirum in Eponymol. p. m. 803.* (II) *Citante Magiro libr. Et loc. adleg. p. 113.* (mm) *V. Catalog. Bibliothec. Francofurt. in Jo. Christoph. Beermannii Memorandis Francofurtian. p. 47. 4.*

Etiam paeclare vitam Theodori nobis Reinkingii opportune venit in subsidium elegans parentalis oratio, de quo, quod olim in Tacitum dixit argute Plinius, parum aliter possum usurpare verbum: hunc supremum felicitatis Godofredi Antonii accessisse cumulum laudatorem eloquentissimum. (nn) Quid non iste memoriae prodidit de dotibus viri huius singularibus, & supra vulgus positis admiratione dignum. Simulac Freudenberga eum Westphaliae oppido A. MDLXXI parentibus sui ordinis honestis, Petro, aurifice & Francisca Fischeria natum commemo- rauit, in puerō adhuc scholarum Vnaensis & Hammensis alu- mno eam obseruat ingenii diuinitatem, quae exspectationem apud omnes virtutis maximam non tam excitauerit, quam celerimo studiorum progressu longissime vicerit. Quod Euripides ali- cubi sapiens habet monitum: Nullus est, qui dum molli vitae studet, gloriam adeptus sit, sed laborandum est, (oo) illius effa- ti utrum clarius facile possit dari exemplum, quam Godofre- dus noster, quando duodecim adolescentem annorum adolescen- tum iamdum nobilium aliorum adiisse informationem lego, non vane ambigo. Hanc ipse deinde Marpurgum indolem adulit, quam A. MDXCIII tanto successu academiam inuisit, ut elapso biennio disputare in confessu eruditorum publice, dispu- tare autem solum? immo vero & impetrare praeterea a Phi- lippo utrinque Mattheao doctoris titulum, nec multo post pro- fessoris ab eius excessu spartam, despontata fibi in thalamum Cunradi Pistorii, confiliarii Hasiaci filia, Elisabetha potuerit. Itaque facilius Antonio fuisse nihil tam illustri fama conspicuo, si locum relinquere pingui satis & laute senatus Stralsunden-

E 3

sis

(nn) I, II, ep, I. (oo) ex quo Adami Bücher-Freund und Feind p. 97.

sis vocationi voluisset, quam syndici istic munus accipere, dexterimeque obire. Multae eum vrbes & academiae, vt Lunaeburgensis in primis, Susatensis, & Helmstadiensis, multi comites, vt Waldeccensis, in suae sibi reipublicae libenter decus adsciuissent, nisi dignari oblatos ab his ambientibus honores universos, & recusare conditiones istas singulas duxisset satius. Verum, quam tanto gloriari lumine prae ciuitatibus reliquis, tantoque gaudere viro Antonius malebat, Giessa erat, suis tum priuilegiis a caesare nouiter confirmata. Ad hanc, quum aegre missus a Landgrauio Hassiae Mauritio accessisset academiam, iuris in ea primarius professor, cancellarius item, & rector magnificus designatus, ultima tandem post exantatos varios legendo, disputando, consulendo labores ad electorem Saxoniae, honifice eum Dresdae excipientem est legatione defunctus; Qua feliciter superata, qui podagrasis iam ante conficitabatur doloribus, quum comitari iisdem principem ad comitia Ratisbonensia euntem prohiberetur, ita malo accidente nephritico defecit sensim viribus, vt die Martii XVI anni MDCXVIII morte praeuentus repentina, non coniugi solum, & quos suscepereat ex ea, septem liberis iacturam contraxerit ingentem, sed toti etiam iureconsultorum choro, quod scriptis quodammodo est solatus, multo sui reliquerit maius desiderium. (pp)

Sequitur, cui inuidere suum inter ICtos locum non possumus, quotquot eorum extiterunt vnam Godofredi nomine clari, antecessor olim academiae Vitembergensis amplissimus, Godofredus Reuterus. Ad res illum arduas gerendas aptissimum

(pp) V. Henn. Witten. Diar. Biograph. T. I. ad A. 1618. lit. O. 4. Et multis fusiis in Vit. ICtor. aequa Decad. I. p. 42-55. atque Paul. Freher. Theatr. Vir. Clar. p. 1021. sq.

mum pensi nihil habeo adfirmare, quando relatum in litteras ab Aug. Buchnero inuenio, fuisse in eo non doctrinam modo excellentem, atque peritiam iuris, sed ingentem quoque virtutem, & singulare veri rectique studium. Innotuit avus eius Ambrosius, consul quondam Wittebergensis a constantia prae-  
sertim, quam in adserenda veritate caelesti, etiam vitae, a quo prope aberat, periculo testamat facit aduersariis, animi summa;  
quo ipse factō obtinuit, vt mirifice fuerit Luthero perinde ac Melanchthoni charus. Godofredum vero hunc, quem ex Cun-  
rado filio, consule in Wittebergae vicinia Bitterfeldensi, Annae Mucheliae marito A. MDLXXXV genuit, si idem in religione  
nostra tuenda non equidem zelus nobilitauit, iudicii tamen  
neutiquam minor sagacitas, & qua veri ICTI professus semper  
est titulum, consiliorum prudentia, vt clam esse eruditis fama  
ipsius non possit, ad magnam euexit dignitatem. Ecce tibi sta-  
tim, postquam Iudo Grimmensi egressus Vitembergæ in Aegi-  
dii Strauchii peruenerat A. MDCIII disciplinam, honestam eius  
inclarescendi contentionem. In leges inquirere humanas, eas  
ad forum nostrum adcommicare, definire legitime controuer-  
sias, consultoribus de iure respondere, quod tardius alios ob  
ingenii infelicitatem emetiri iter videmus, ita repente exhausit  
industria sua vniuersum stadium, vt addicere mox non iuueni-  
bus solum ex nobilitate plurimis operam, sed locare etiam pu-  
blico, creatus A. MDCXV (qq) praeuia solempni disputatione  
doctor potuerit. Inde qui rem suam sic instituerat, laudem vt  
apud bonos consequeretur omnes, non patiebatur hunc com-  
munis

(qq) in Frehera loc. c. p. 1067. col. a. legitur falso A. MDCXV.

munis vtilitas intra suos parietes latere priuatum. Primam adlego, quae adgnouit viri eruditionem, publicaque in facultate iuridica remunerata est A. MDCXXIII docendi prouincia, academiam Vitembergensem. Suspexerunt postea illius merita vi-dua electoralis Lichtenburgi, & Anhaltina in Coswig, quae, quum magnis fungebatur honoribus, maioribus, vt a consiliis sibi esset, iudicarunt dignum. Praeteribo, cum qua annos ferme XII suauiter transegit, septem factus liberorum pater, Elisabetham, Ioannis Nerhofi, mercatoris Pragae primarii, ecclesiaeque euangelic ae curatoris filiam, coniugem. Dolendum est, cuius in pectore non leuibus notis impressa, sed infixa quasi altius animo erat iurisprudentia, nec longissimo rerum vsu, nec amore iustitiae, nec priuilegio virtutis potuisse, vt superesset diutius, retineri, quin fatali imminente hora succumberet A. MDCXXXIII d. XXVII Iunii, (rr) & qui trimestri eum spatio adfixerat, grauissimo morbo in medio gloriae cursu ad alteram hinc non sine publicae rei dispendio vitam euocaretur. (ss)

Fibigii quoque non piget hic recitare, dum circa claros ad-huc occupor ex ICtorum numero Godofredos, & ob famam, quam apud bonos quosque non mediocri sibi comparauit cognitione iuris, conseruare nomen. Exspectabat ab illo magnum quidpiam litteratus orbis, ex quo eum protulerat in hujus usum A. MDCXII d. XIII Octobr. ferax laudatissimorum hominum Vratislavia. Fidem facit, quae anno iamdum aetatis XXIII

renun-

(rr) Ita habet H. Witten. Diar. B. T. II. p. 43. & Cod. Suevus in eius epitaphio insert. Academiae Witteb. litt. Bbbb. n. CXCI. Secus autem c. l. P. Freher. qui diem ponit 20. Iunii, ex Andr. vero Sennerto Athen. Witteb. diem allegat 27. Iul. (ss) Vidd. de vita God. Reuteri programmā pecul. Aug. Buchneri in Dissertationib. Academic. p. 343. sqq. P. Freher. H. Witten. A. Sennert. G. Suevus locit cc.

renunciatum vidit in iure doctorem, anno postea vertente cooptauit inter curiae aduocatos, & triennio abhinc elapso transcriptum pariter in professorum suorum ordinem voluit, Ienensis academia. Rebus illum ciuilibus vñusquisque ominabatur, non quemadmodum multi aiilocii, rabulae, aut leguleii, quibus vndique forum perstrepit, praesidio, si debuisset viuere, certissimo esse aliquando futurum. Sed quae humanae fortis instabilis est conditio, vt raro maturitatem adtingant, raro adscendant ad seram senectutem summa ingenia, hunc virum in ipso annorum flore mors oppressit, eoque publicam rem die XXVII Mai. A. MDCXLVI priuauit, quod illius fatum Adriani Beieri ansam epigrammati dedit:

Praecocibus solet ingeniis mors inuida semper

Esse, quod exemplo significare queo.

Gotofredus enim Fibigius arte politus

Et iure herba velut solstitialis obit. (tt)

Bigam clarorum Godofredorum, qui omne posuerunt in iure tempus & studium, academia Vitembergensis in duobus mihi iam Godofredis Sueuis optato subministrat. Laudatur prior horum in epitaphio ei constructo a politiori litteratura, solida eruditione, ingeniosa iudicij alacritate, spectabili denique, quibus fuerit summatis instructus rerum agendarum peritia; (uu) & est quoque in promptu, quae iuris illum mystam exstitisse lectissimum prober, functio publica non vna. Ideo namque & tradere hanc scientiae partem Vitembergae, & versari in iudicio electorali, & scabinis accenserri, & interesse senatui ecclesiastico,

F. &

(tt) Paul. Freher, Theatr. V. C. p. 1105. & H. Witten, Diar. Biog. T. I. pl. 112, 2, 6. (uu) ap. Freher, l. c. p. 1150.

& prouinciali in Lusatia. (ww) inferiori dicasterio assidere meruit, quae profecto tanta sunt munera, vt committi, nisi qui pares iis gerendis esse didicerunt, non queant. Quod non putandum est, accedere ipsi praeterea ex scriptis decus atque pretium posse, si referre illorum syllabum, (xx) vt teruntur omnium manibus, esset mihi in praesenti volupe. Neque vero inferiori, qui post patris sui A. MDCLVIII obitum Wittebergensem adhuc academiam inlustrat, filius gloria nominis & fama splendescit. Virgilii non facile dixerim, vtrum cum Iac. Cuiacio habuerit semper in animo exprimere versum:

— Tentanda via est, qua me quoque possim

Tollere humo, victorque virum volitare per ora. (yy)

Procul autem abesse eum avulgo, quando ipsius in caussis gravissimis expediendis dexteritatem, ingenii promptitudinem, & in foro insignem prudentiam considero, quis est ita amens, vt mihi non largiatur libenter?

A Vitembergensi academia ad finitimam illi transeo Lipsiensem Musarum sedem, quae tantum abest, vt nullos possit suppeditare ex iureconsultorum facultate nostrae tractationi claros Godofredos, vt Godofredum potius monstret illico & exhibeat Schilterum, Landshutae Silesiorum, patre Balthasare, redituum caesareorum ex cereuisis praefecto, matre Susanina Hofmannia die XVII Sept. A. MDCXLIII ortum. Hunc virum quamquam dissimulandum non sit, prima aetate, quam in scho-

(ww) male Witten. pro Lusatia substituit Lusitania loc. citand. (xx) quae habentur in Witte. D. B. T. I. ad A. C. 1659, modo his addatur Academia eius Wittebergensis. (yy) in vita Cuiacii, quae reperitur inter vitas Viror. in re literar. clarissim. Adolph. Clarmundi P. II. p. 34. sqq.

la partim patria, partim in gymnasio Vratislauiae Magdaleneo exegit, haesisse initio ancipitem, & an pertexendum ob infelicitatem temporum sit vterius studiorum curriculum, an vero abrumpendum? fluctuasse animo, quod aditum sibi olim ad honores patere difficilem prospiceret non obscure, ad tantum tamen deinceps adsurrexisse industria sua fastigium, ex quo victo certamine Lipsiam A. MDCLXII contendit, & Franckensteinum in historicis, Thomasium & Alberti in philosophicis duces sibi elegit, vt non postremi inter ICtos legum interpretis posit titulo insigniri, simul nobis est omnino adsfirmandum. Vigiles dat purpura noctes, quo Fabricius olim fuit symbolo frequenter usus, (zz) iure merito ei dictum adcommodo, qui ita omnes in bonas litteras conferebat neruos, vt A. MDCLXVIII magister proclamatus, praeses inde de acquisitione deriuatiua dominii facto hominis tueri in cathedra disputationem, tum vero absoluta sub Norico, Romano, Eckolto, Schwendendorffero, Bornio iuris vniuersa disciplina A. MDCLXXIII coruscare iam axiomate doctoris potuerit. Nihil, nihil ad ipsius perficienda studia amplius videbatur reliqui, quam excurrere in partes Europae cultiores, & lustrare itinere litterario exterorum mores, indolem, regiones, imperii formam, singularia quaeque. At enim vero, vt tanto ferri melius de Schilteri existimatione iudicium queat, inuidiebat eum aliis terris academia Lipsiensis, ne hinc abiret, delato collegiati in B. virginis collegio honore quasi infectis compedibus constrictura, sibique adsertura. Progressus igitur ad coniugium A. MDCLXXV, postquam biennio ante

(zz) ut obseruat rector scholae patriae πολυτελεῖς Ιω. Moller. Hypomnemata ad Alb. Bartholin. de Script. Dan. in Bibliothec. Septentrion. Erudit. p. 249.

professionem ei iuris serenissimus Saxo crediderat, cum Simoni Loeffleri, SS. Th. Lic. & ad D. Thom. archidiaconi vidua fuit, cuius, vbi obtinuissest fructum filiolam vnicam, Susannam Regiam, quod mortale est, terrae demum A. MDCLXXVIII d. IX April. corpus reddidit, immortalem autem sui memoriam, & nostro, & toto terrarum orbe pridem peruagatam, mentibus hominum, vt altas ageret in iis radices, firmius meritorum amplitudine inscripsit. (aaa)

Liceat nunc Godofredi pariter Berringeri non penitus obliuisci, in Hausdorff & Johnsbach haereditati iureconsultisimi, Saxoniaeque electori in iudiciis ecclesiasticis & profanis consiliarii incluti. Dresden est, quae virum istum mori vetat, vt prosequi etiam contra laude iubeat, quo vix alium habuit ad commoda sua natum magis, & in iure exercitatiorem, & ad publicam promouendam rem utiliorem. Ille anno aerae christianaee MDCXIII mense Nouembri vitam hanc Budissae ingressus, ac lycei postmodum ibidem praceptoribus, vbi adoleuerat, ab utroque parente Dauide Berringero, consule, & Elisabetha Laurentia commissus, pubertatis superatis annis Vitembergam concesserat, siue voluntatis libero motu proposito, siue Buchneri, Scharffii, Witzendorfii, Schaperi, Grossii, Carpzouii, Strauchii, qui fouerunt eius singuli studia & formarunt, nominis inductus celebritate. Adhibebat hic aequa, ac Lipsiae, quas ille paulo post, vt & Iuliam ephorus quorumdam generosorum itiuenum ultra quadriennium frequentauit academias, tantum ad ius ex-

(aaa) Debemus haec partim programmati academiae Lipsiens. publ. partim D. Geo. Lehmanni P. P. & Superint. concioni in eum funebri Lips. 1680. fol. partim H. Wittenio T. II. D. B. p. 119. &c.

colendum diligentiae, ut edito solemini de venandi iure specimine, non licentiam modo, quam ita vocant, capessendi gradum doctoris, sed ipsum etiam hunc, dum Dresdae subsistere iam & litare foro cooperat, cum priuilegiis honorem potuerit A. MDCXLVI abs facultate Helmaestadiensi reportare. Vrbis deinceps huius ita detento amoenitate, ut adhaereret ei constanter, fortunarumque suarum perpetuo ibi sedem erigeret & domicilium, parum Berringero fuit, variorum ducum comitumque, quem oblatis ei functionibus admodum splendidis comprobarunt manifesto, deriuare in fe fauorem aut experiri, nisi ipsius quoque electoris maioribus illum destinantis rebus, & ad consiliarii tum in aula, tum in sacro, qui connubiales in primis lites dirimit, senatu dignitatem postulantis, cumulum gratia & pondus adderet. Ne multa: hanc vndique & vndique aequitate sua, iustitia, pietate comparauit fibi laudem, vt vel meliorem maritum Barbara coniux, Ioannis Schedii filia, vel patrem liberorum septenarius numerus, vel consiliarium princeps sere- nissimus, vel iurisconsultum Dresdenium vniuersa amplissima ciuitas ne votis quidem potuerint conceptis adipisci, in quo si quid erat desiderandum, id erat vnum, quod naturae non licuerit ei tam viuere longe, quam virtuti suae & famae rerum fecit gestarum gloria satis, A. MDCLXXVII die Maii V rebus humaniis erepto. (bbb)

Singularis etiam inter claros Godofredos cultus haud dubie est & veneratio deferenda perillustri Godofredo a Iena, praediorum Dobbernz, Tiemendorf, & Collenberg domino, hypothecario in Vmmendorf, sanctiori apud Borussiae augustissimum

F 3

Fride-

(bbb) ex concione funebri M. Bernhardi Schmidii, archidiaconi Dresdensi in fol.

Fridericum regem consiliario, & in ducatu Magdeburgico cancellario, viro, cui connata quasi jurisprudentia poterat cuiquam videri, certe insignia in regiam domum, nec non in rempublicam, qua ciuilem, qua litterariam merita Germaniae Noua Hamburgensia optumo iure attribuunt. (ccc) Nequaquam hunc inanem inter iureconsultos aut ociosum hic occupare locum, qui Trebatii, Vlpianis, Iustinianis, priscis iuris conditoribus recte omnino est coniungendus, quomodo non possem dicere eo prolixius, quo meo cumulatius animo illius ornamenta occurruunt? Godofredum a Iena incredibile est, quantopere praedicent formis descripta publicis epicedia, honori eius a superstibus integro trium & septuaginta in folio plagarum volumine consecrata! (ddd) Haec nostri ortum, haec studia & indeolem, peregrinationes, honores, scripta, legationes, munificentiam, coniugia, momenta vitae omnia ita edisserunt plenius, is ut sit Godofredus adpellandus, qui non plebeium habeat aliquid aut mediocre nomen, sed quod a vulgo quam maxime fama ingenii ac doctrinae distinxit. Sed cuius vel erectis e marmore statuis, vel anniversariis in publica panegyri orationibus, vel impositis sepulchro cippis, vel monumentis aliis conseruabit posteritas memoriam, in eius hac vice parcus, quod reliquos etiam sentiam exspectare meam opellam Godofredos, laudibus versor. Summam si de Godofredi a Iena curriculo vitae, & primas veuti contemplari gestis lineas, duco te ad epitaphium, quod incisa haec lapidi verba offert conspicienda, & quam fuerit quondam illius charum nomen, tot trophyis, quot syllabis ad lectoris notitiam sequentem in modum exprimit:

D. O.

(ccc) A. MDCCIII. Mart. p. 100. (ddd) V. Non. Litt. Germ. MDCCIV.  
Decembr. p. 461. sq.

D. O. M. S. ET AETERNAE MEMORIAE VIRI PERILLVSTRIS ATQVE  
 EXCELLENTISSIMI, GODOFREDI A IENA, QVI QVVM SERVESTAE AN-  
 HALT. VIII KAL. DEC. MDCXXIIII NATVS ESSET, ABSOLVTO FELI-  
 CITER IN FLORENTISSIMIS GERMANIAE ACADEMIIS STVDIORVM CVRSV,  
 VISISQUE CVLTIORIBVS EVROPÆ POPVLIS, MAXIMIS GENERIS, IN-  
 GENII, AC DOCTRINÆ PRAESIDIIS MVNITVS HEIDELBERGAE AC FRAN-  
 COFVRTI NON MINORE NOMINIS CELEBRITATE, QVAM ERVDITIONE  
 IVRA DOCVIT, SVMMISQUE GERMANIAE ELECTORIBVS, PRIMVM  
 PALAT. CAROLO LVDOVICO, TVM BRANDENB. FRIDERICO GVIEL-  
 MO M. A CONSILIIS FVIT. AB HOC AD COMITIA RATISBONENSIA  
 ORATOR MISSVS, DIGNITATEM ET COMMODA HEROIS MAX. AC SALV-  
 TEM IMPERII GERM. PER XXV ANNOS ITA CVRavit, VT TOT FIDEI  
 AC PRVDENTIAE, QVOT DOCTRINÆ, INGENII, AC ELOQVENTIAE  
 MONIMENTA RELINQVERET, SVAQE VIRTUTE EFFICERET, VT CAN-  
 CELLARIUS MINDENSIS, CONSILIARIUS INTIMVS AC TANDEM CAN-  
 CELLARIUS MAGD. CREARETVR. CVI MVNERI, QVVM RATISBONA  
 RELICTA, IMPERANTE AVGVSTISS. BORVSS. REGE FRIDERICO, P. P.  
 F. F. F. INSIGNI IVSTITIAE, INTEGRITATIS, AC HVMANITATIS LAUDE  
 XV ANNOS AD EXEMPLVM PRAEFVISSET, AC E DVPLICI MATRIMONIO  
 NVLLAM PROLEM SVSCEPISSET, INSTITVTA SVIS SVMPTIBVS NOBILIVM  
 VIRGINVM SOCIETATE, TAMQVAM SOBOLE NVMQVAM DESITVRA,  
 AETATEQVE AD LXXX ANNOS INTEGRIS MENTIS AC CORPORIS VIRI-  
 BVIS PRODVCTA PIE AC CONSTANTER DIEM OBIIT HALAE MAGD. VI.  
 ID. IAN. MDCCIII PROVINCIAE ET BONIS OMNIBVS SINGVLARE SVI  
 DESIDERIVM RELINQVENS. (eee)

Recentissimum, qui diem non longe hinc suum obiit, clari  
 inter Ictos Godofredi exemplum est antistes iuris nihil minus,  
 quam

(eee) Non. Litter. Germ. adducto loco.

quam Seruius Sulpicius olim nominandus , Godofredus Straus-  
sius, quem excellens doctrina iuris extulit, & in primo ordinis  
iuridici gradu collocauit. Vtrinque & natalis eius, cuius initium  
ad annum MDCXLI , V Kal. Sept. referri oportet, & vitae to-  
tius transactae Vitemberga sibi gloriam vendicat, qua ipse in  
vrbe parentibus Benedicto, praefecturam administrante Vitem-  
bergensem, nec non Anna Maria, praefecti Vitembergensis quae-  
sturae Michaelis Schneideri filia editus est in lucem. Admi-  
rata eius felices in studiis progressus Lipsia eo statim tempore  
fuit, quo ipsum pro summa iuris laurea rite adipiscenda lucu-  
lentam habentem ex illo iuris capite, in quo de seruitute altius  
tollendi agitur desumptam disputationem A. MDCLXVI audiuit;  
neque admisisset eum difficulter inter academie sue patres  
conscriptos, decus illi futurum plane eximum, quum renuncia-  
tus artis suea doctor vires docendo suas experiretur, beneque de  
iuuentute, equestri in primis , siue publicum auditoribus , siue  
priuatum ius explanaret, inciperet mereri, si suo res stetisset ar-  
bitrio. Sed cui ipse debebatur , haec eum patria clientes iam  
fusciptientem tuendos, consiliique egentes iuuantem ac patro-  
cinio ornantem, in eorum, qui caussas in foro agunt, numerum  
initio recepit, & A. MDCLXXII Ioannis Georgii auspicio iuris  
extra ordinem professorem designatum proprium sibi totum  
fecit. Aliae hinc post alias Strausium sunt dignitates comi-  
tatae : Itaque consulatum, quem toties gescit, academie, rece-  
ptionem in collegium ordinis iuridici, qui eum A. MDCLXXII  
cooptauit sibi membrum, honorem titulumque consiliarii, quo  
ab A. MDCLXXVIII Saxoniae electori in iudicio, quod prouo-  
cationes auctoritate summa definit , principi autem Anhaltino  
in

vol. 18 fol. 16 v. 1. 1601. (329)

in aulae curia operam probauit, praesidis item iuridici prouinciam, qua inde ab abitu illustris Strykii A. MDCXCIII omnes ordinis sui collegas aetate & suffragii dignitate praecessit, haec ego omnia cum ceteris tribunalibus, in quibus solertiam nullibi passus est suam desiderari, tanto omitto libentius, quanto sunt numero plura. Connubii solum addo, quod ter pactus est, A. quidem MDCLXXIII cum Anna Martha, M. Mart. Gumprechti, primarii sacerdotis Budissinensis filia, A. MDCLXXXV cum Regina Sophia Leiferia, A. vero MDCXCII cum Ioanna Barbara, genere Borneria, IC. summi Caspar. Ziegleri vidua foedus; Qua in societate vitae, quum restare sibi ad apicem honoris supremum obtinendum nihil nouisset amplius, vitae satur, meritisque grauissimus caelo se reddidit, & Maii III die A. MDCCVI defunctus mortalitatem sexagenario maior impleuit. (fff)

Obsignabo hanc iureconsultorum seriem, qui Godofredi leguntur passim praenomine conspicui, & concludam mentione Godofredi Graeuii, reipubl. Lipsiensis syndici, senatoris, ac bibliothecarii, nostroque hoc non saltem, quo supereft, aeuo, sed omni faeculo ICTi laudatissimi. Fatalem experta fuit, si quem umquam, funere incomparabilis viri Io. Geo. Graeuii annum MDCCIII Ultraiectensis ad Rhenum academia: nec tamen illa modo, sed iuxta cum hac, quorum antesignanus omnino & corypaeus debebat nuncupari, eruditorum vniuersa cohors idem grauissime vulnus sensit. Ah! quantam, & quam acerbam cla-

G

dem

(fff) Contraximus haec breuiter ex programmate academie Vitemb. functione 1706 excuso, quod cum oratione D. Io. Henr. Bergeri anniversaria, & vitae eius curriculo, pluribusque collegarum, patronorum, amicorumque carminibus sub nomine Iustorum piis manibus God. Straussii &c. persolutorum curante vidua Lipsiae sumptu hered. Frid. Lanckisi 1707. fol. pl. 8. iterum prodiit.

dem dies XI Ianuar. litteris morte tam insignis polyhistoris non adulit? (ggg) Ast vel totus ego erro, vel qui fratrem hunc suum germanum adgnoscit, eodem, quo ille, Naumburgi parente genitus, damnum illud abundantissime Graeuius noster vita sua fructuosa rependit. Non exiguo laudis argumento ciuitatem is sibi Lipsiensem obstrinxit, illius ut os, quod facundia sit praefantissimus, mereatur suo quodam iure nominari. Facultas in ipso rerum gerendarum paratissima, usus maximus. Ob haec praeclara eius studia, quibus inuigilare commodis vrbis suae haud intermittit, nemo potest, opinor, succensere nobis, aut viatio vertere, suum hic si inueniat inter politiorum litterarum proceres eximios debitum locum. Liberis equidem priori e matrimonio susceptis orbauerat eum antehac plane pleneque mortis violentia, quibus nunc tamen denuo in vtroque sexu ex tertia coniuge, Henrici Winckleri, senatoris Lipsiensis famigeratissimi filia beatus exquisita, qua pollet, eruditione felicissime publicam utilitatem defendit, & communem cum paucis gloriam pari consiliorum & eloquentiae dexteritate intra pariter Lipsiam & extra nouis subinde incrementis auget. (hhh)

Breuiorem me paullo, dum ad medicos noster tendit labor, & concisorem, ut exercitatio titulo respondeat, materiae nimium excrescentis praecipit esse ratio. Proinde nec alias, quos sine omni poteram molestia, sistam hic eorum ex numero operiosius, nec ipsum etiam Godofredum Vereycken longius accersam, doctorem ceteroquin in sua arte experientissimum, (iii) &

Iusti

---

(ggg) De quo legenda Petr. Burmanni orat funebr. in obitum Io. Geo. Graeuii. Traiect. ad Rhenum MDCCIII. 410. (hhh) V. Nou. Litter. German. Hamb. MDCCIII. Septembr. p. 344. & alibi. (iii) Witte Diar. Biogr. T. I. ad A. C. 1635. 6. Dec.

Iusti Lipsii, quod probare scriptae ab hoc ad illum litterae liquido queunt, familiarem tantum non multa consuetudine amicum.  
 (kkk) Quos feligere in praesenti e pluribus lubet, & huc referre, illorum a Godofredo faciam Voglero principium, die Februar. XV anni MDCXXIII Helmaestadio, vbi & docendo professus fuerat medicinam & faciendo, quum annum ageret cum trigesimo octauum, creptum. Praedicatur in filio eius Valentino Henr. Voglero, eadem postea in academia saeculi elapsi anno LXXVII defuncto non vulgaris ab Henrico Meibomio, in studio pariter medico & litterario scientia, qua Graece is Latineque doctissimus, & antecessorum suorum in professione vniuersitatis Iulia medica χαριεσάτων ιατρῶν exemplo, omnis εγκυπλοπαιδίας peritisimus vir, ac omnis bonae eruditio vt intelligens, ita propagator exstiterit studiosissimus. (lll) Ego vero vel deferre hanc laudem patri ipsius Godofredo malim, patria Viadrino, vel hereditariam tamen accepisse tantam ab illo virtutem, adserere non abs re intrepide. Qua enim in parte cesit iste cuiuspiam medicorum, siue morborum cognitionem spectes, siue prudentiam tuendae sanitatis, siue in praescribendis remediis sagacitatem, vt in medendo munus non vbique suum exsequuntur sit quam optume? Credo equidem, maiora ab eo fuisse orbi exspectanda ingenii monumenta, nisi, quae profligauit eum inopinato nimis, in ipsa veluti herba conatus eius mors destituisset; Satis tamen vixisse, si nominis fama vitae illius spatium metiamur, non me opus est adfirmare: ipsa eius scripta, quales sunt de

G 2

Ictero

(kkk) Testis sit epistolarum Lipsii ad Belgas centur. III. ep. 43. p. m. 910.  
 (lll) In praefat. additamentor. ad eius Introduct. in notit. honor. auctor. p. m. 127.  
 Vitam enim integrum Val Henr. Vogleri nuper in suas Viror. in re litterar. classif. vitas Adolphus transtulit Clarmund. Centur. II. P. II. n. XIX p. 181. Jqq.

Ictero in genere , & de excrementis lucubrationes , (mmm) vt dubium amplius supersit nullum, abunde vel me tacente confirmant & loquuntur.

Lauchae in Thuringia oppidum A. MDCXI Octobris die XVII Godofredum produxit Moebium , patre Martino, ibidem consule, Maria autem Ienischia matre editum. Est ergo commodum, recordari iam hic confessim istius , & quos duces sequor praeeuntes, renouare ex P. Frehero, (nnn) ac H. Wittenio (ooo) celebrem oppido viri memoriam. Profecto sit absurdum colligere exignobilitate patriae famam Moebii, & ex loci, vbi viuendi habuit initium, tenuitate eius aestimare pretium, quum solum potius ille suum natale inlustrasse rebus praeclare gestis, & quae Plinii est alicubi phrasis, coronasse praeter eruditos, qui patriam suam obscuram nobilitarunt nonnumquam , alios , ipsa possit perhiberi teste veritate. (ppp) Namque & A. MDCXXVII in scholam missus Portensem sub ductu Cassii, Ehingeri, Kunadi, quos per sexennium coluit praeceptores, magna iamdum ostendit virtutis suae orbi erudito signa, & Ienae anno MDCXXXIII postquam adpulit ad medicinam animum, eum se praestitit, qui meritum ferret a Guernerero Rolfincio, professore huius scientiae primario, & sui saeculi altero quasi Podalirio elogium. Eodem postmodum hoc praeside habita ex chymicis de Marte & Venere, & A. MDCXXXVIII pro licentia de natura cerui gemina disputatione,

(mmm) Recitat eas in D. B. Tom. I. adpend. H. Witten. A. 1624. Epistolas autem God. Vogleri ad Peparinum VI ineditas , & a Cunone adseruatas præterea mihi Adam. indicat Rechenbergius Volumnius Exerritation. anno proxime elapsi publicat. p. 435. (nnn) Theatr. p. 1396. (ooo) ad A. 1664. (ppp) Cuius argumenti non iniucundam nuperrime ad Io. Frid. Hoecknerum renunciatum 3. Non. Novembr. I. V. D. epistolam gratulatoriam Lipsiae amicissimus noster Geo. Frid. Neumannus pl. 2. 410 scripsit.

tione, doctor illic & medicinae A. MDCXL ordinarius creatus professor tantam sensim obtinuit existimationem, vt in aulam etiam trium principum primae velut notae medicus vocatus, quem honorem coniugium an. MDCXL cum Iustina M. Theophilii Aenetii, profess. Phys. & facult. philos. senioris filia, tum ex Valeriano Theodoro Clemente, directore in academia Leniens. chymico, & practico vidua praecessit, archiater Friderici Wilhelmi, electoris Brandeb. Augusti, ducis Saxoniae Magdeb. archiepiscopat. administratoris, & Wilhelmi, ducis Vinariensis fuerit A. MDCXLVI denominatus. Vnde dubitari forte non immerito posset, vtrum e re fuerit publica, eiusmodi amittere tam cito vtilem medicum, qui naturae nouerat solerter adeo abdita scrutari, Hippocratemque & Galenum & Machaonem, & Melampum, & Chironem, & vniuersam tantum non Aesculapii pectore suo familiam complectebatur. Sed suprema ita iubebant, quibus instantibus, qui submersionis in stagno prope Seeburgum frigore congelato periculum equis, curru, & vectore suffocatis A. MDCLV feliciter euaserat, effugere mortem ulterius non potuit, quin lethali correptus morbo, dum subsistet Halae, (qqq) cesserit fato, & sex factus liberorum pater diem obitu suo XXIII April. A. MDCLXIII nigro in fastis lapillo signauerit, in iis, quae exstare voluit posteritatis bono, scriptis semper tamen, quoad erit virtuti honos, vieturus.

Sit inter medicos Godofredi nomine claros tertius hic Godofredo Welschio reseruatus locus, summo in medendi disciplina viro, quem alma mater Lipsia & A. MDCXVIII die XII Nouemb. Ioanne mercatore, ac Anna Heydenreichia natum

G 3

gremio

(qqq) God, ita haber Olearius Halygraph. Topo-Chronolog. p. 491.

gremio suo exceptit, & A. MDCXC die V. Septembr. denatum publicis iterum exsequiis extulit. Certe indicatus ille abire non debet, vt prosequi multo magis beatos eius manes honorifica quadam mentione medicinae, cuius interest, gloria exigat. Nondum ludo Portensi, vbi amplius triennio commorari per calamitatē belli minus erat tutum, dederat A. MDCXXXIII nōmen, quum mature ipsi erepti parentes, formandaē illius pueritiae partes fratri illius reliquerunt D. Caspero Michaeli Welschio, a quo priuatae M. Abrahāmi Telleri, post theologī Lipsiensis curae atque institutioni creditus ita profecit in bonis litteris, vt A. MDCXXXVIII summis in sapientia honoribus auctus ordiri medicinam praelegente M. Ioanne Ittigio, continuare autem manuducentibus Kestio, Zeidlero, Michaele, & Thomingio, vtrunque facere ex voto, successuque optimo potuerit. Multos isto animaduertas in errore versari, vt parum ex peregrinatione docta putent hauriri vtilitatis, modo cum cochlea habitare semper iis domi, & latitare tamquam in ergastulo quodam liceat, cuius furfuris probe Maresius homunciones it depexum. (rrr) Sed aliud Welschius arbitrabatur, praemissa de phtisi disputatione medica, Italicum A. MDCXXXVIIII cum Gallia, Anglia, & Belgio iter ingressus. Non potest dici, quam eo sibi excursu litterario prudentiam, quos scientiae thesauros, quam benevolentiam & gratiam acquisiuerit vndique! Prima equidem ad honorem via reduci domum inter Suecos patuit, quorum in castra occupata A. MDCXLII Lipsia post impetratum baccalaurei in medicina titulum a comite Torstensohnio vocatus, medicinam aliquantis per exercuit, donec A. MDCXLIII doctor proclamatus

(rrr) Ap. D. G. Morhof. Polykhist. Litter. T. I. cap. XV. p. edit. nov. 181.

clamatus in patria est, & in facultatem receptus. Ex illo tempore florere fortunarum pariter ac dignitatum accessionibus, profesiones per gradus obire, & ab ultima ad summam adscendere, cancellarii partes agere, senioris in suo ordine locum tenere, cooptari in decemuiros, in collegiatos, amari a senatu, ferri in oculis a ciuibus, vniuersorumque tuendae praeſici valitudini, nihil denique humile experiri, nihil mediocre, sed fastigio digna omnia. Consulto praetermitto, quam fuerit indeſſo in studiis labore, qua experientia, quam magnifica auctoritate, enarrare vberius, & exposita Godofredi Welschii vita ad illa, quae de morte eius veniunt dicenda, pergo. Annon medicinae potius, quam medici videbatur nomen mereri? neque tamen, qui in omne aeuum viuere dignus erat, hunc communis omnibus hominibus naturae lex ultra aetatis annum LXXI cum aliquot mensibus voluit rebus mortalium intereffe, quo matrimonium A. MDCXLIII cum Maria Anckemannia, senatoris Lipsiensis, Ioachimi filia contractum mors eius rursum disſoluit, & non XIII tantum liberos orphanos, sed totam etiam Lipsiam, cuius illustre haecenüs fuerat fidus, sed medicinae vniuersam facultatem & integrā rem publicam litterariam orbam tristi suo ex his terris diſcessu fecit. (sss)

Vocant me postremi iam tandem, quibus abiudicare hunc honorem, vt fint inter eos pariter clari inueniendi Godofredi, nimis sit iniquum, dum ad finem properat epistola, philosophi: Et quis mihi ex multitudine eorum facile occurrat, quem anteponam ceteris, siue antiquitate, siue editis libris prior, quam  
Godo-

(sss) *Sequitur in his Ioh. Bened. Carpzonium sum concion. funebr. quae ex-  
stat eius Reich. Predigt. P. V. p. 1-83.*

Godofredus, (Godefridus alii malunt) patria Viterbiensis , (ttt) natione Italus, doctique impostoris , quam commentis sibi suis sub Berosi, Manethonis, Archilochi, Myrsili Lesbii , Xenophontis, Philonis, Sempronii, pluriumque nomine dolo malo diuulgatis infamiam contraxit , Ioannis Annii (uuu) ciuis. Presbyter hic saeculo circiter XII & Conrado III, Frederico I, ac Henrico VI, tribus imperatoribus tum a sacris, tum a scriniis & secretis , XL peregrinatione annorum , in qua bibliothecas quasque praestantis- simas excusserat, magnam sibi parauerat eruditionem, non lingua- rum modo vulgarium gnarus , sed Latinae etiam insuper , Grae- cae , Hebraicae , ac Chaldaicae callentissimus. Ea de caussa chronicon orsus scribere vniuersale , quod vel ob diffusam rerum , aetatum , gentiumque historiam , quippe quae a mundi exordio ad A. vsque pertingit MCLXXXVI, vel ob omnium prin- cipum, qui dii adpellantur in scripturis, res gestas Pantheon nuncupatur , Vrbano illud III papae dedicauerat in XX distri- butum partes , & soluto aequo ac ligato sermone conditum. Nimirum idem id opus est, quod a Basilio Ioanne Heroldo Ba- fileae primum A. MDLXVIII excusum tomo postea II Scripto- rum Germanicorum Francofurti A. MDLXXXIII. p. VI Ioan-

(ttt) *Viterbiensem vocat Hadrian. Valesius ap. Casp. Sagittar. Introduc<sup>t</sup>. in Histor. Eccles. p. 61.* (uuu) *Fusius de Anno hoc Viterbiensi queunt relegi Th. Po- peblouni. Censur. celebr. Auctor. p. 340. sqq. ed. Lond. 1690. fol. Ger. Io. Voissius de Hi- storici. Latin. l. III. c. VIII. p. m. 550. sqq. Io. Andr. Quensted. Dial. de Patriis Viror. illuſtr. p. m. 326. Ged. Zenner. Sommer. Parnass. 1693. p. 63-65. B. G. Strauß. diss. de Doctrina Impostorib. subnex. Introduc<sup>t</sup>. in notis. rei litterar. p. m. 33. sqq. Io. Alb. Fabricii Bibliothec. Latin. adpend. p. 163. sqq. Io. Halleruord. Bibliothec. curios. p. 160. b. sqq. Io. Deckher. de Scriptis Adespor. Sect. XIII. p. m. 149. D. G. Morhof. Polyhist. litt. T. I. l. I. c. VI. p. 53. ed. recent. in not. Moller. Iac. Thomas. Dissertation. p. 727 sqq. Sim. Bornmeister. de Errorib. Historicor. Gentil. in reb. sacr. p. 19-20. Mart. Hanckium de Scriptorib. Rer. Rom. passim. Ge. Matth. König. Biblioth. V. & N. f. 41. b. &c.*

nes Pistorius repetiit. Verum enim uero, qua istud vel fide sit consignatum, vel *ἀνθεῖται*, id aliorum magis doctorum, qui in annalibus ecclesiasticis sunt versatissimi, effato velim, quam meo iudicio cognosci, quos inter Garsias quidem Loysa in notis ad Chronicon Isidori Gothicum non indiligentem Godofredum Viterb. scriptorem vocat, (www) Burcardus etiam Gotth. Struuius eius omni industria congestum chronicon iudicat, (xxx) Caspar. autem Sagittarius Ioannis Gryphiandri vestigia sequutus panegyristam verius, quam historicum agere pronunciat, (yyy) Hermannus Conringius, (zzz) Phil. Labbeus, (a) Seuerin. Walth. Slüterus (b) fabularum ac ineptiarum in plerisque arguunt, & Io. Christian. Hetzerus, Lipsiensis specimine Obseruationum Historico-Criticarum cap. I. quod Ottomem Frisingensem compilauerit saepe numero ad verbum, catalogo plagiriorum Thomasiano inferre iubet. (c) Video quoque diuersum ab hoc Pantheo citari passim Godofredi Viterbiensis Speculum Regum, ad Henricum VI Romanorum regem de Genealogia omnium regum & imperatorum, Troianorum, Romanorum, & Teutonicorum a tempore diluuii usque ad Henricum VI iuxta chronica ven. Bedae, Eusebii, & Ambrosii adornatum; Illud vero quum lucem numquam publicam adspicerit haec tenus, in bibliotheca solum caesaris Vindobonensi inter codices manu exaratos referente Petro Lambeio Commentariorum de ea T. II. c. VIII. p. 774. (d) obuium, quae

H

nos

(www) Allegat eum lo. Andr. Bosius de Prudent. & Eloquent. civil. compar. § 22. ed. Geo. Schubart. Jen. 1698. p. 190. (xxx) Bibliothec. Histor. cap. VII. § 1. p. 119. (yyy) l. c. p. 61. 62. (zzz) quem adducit Tob. Magirus Eponymolog. crit. p. m. 396. (a) teste Bosio l. c. (b) Propylaei Hist. Christ. p. m. 55. (c) V. Io. Alb. Fabri Decas Decad. num. XVII. qui multa studiose de Godofredo Viterb. exhibet collecta. (d) Ita refert Guili. Cane Histor. Litterar. Scriptor. Eccles. f. 684. ed. Lond. 1688.

nos cogit necessitas, adnotare plura de hoc Godofredo, praeter quam quod mortem eius adtinet, qua obiit A. MCLXXXVI & vitae suae cum honorum termino exitum habuit. (e)

Possum huic e vestigio coetaneum fere subnectere Godofredum, gente Germanum, coenobiique S. Pantaleonis intra muros Coloniae Agrippinae monachum, qui anno olim inclaruit MCCXXXVII, & variis nunc sub titulis, modo Godofredi Coloniensis, (f) modo Godofredi Pantaleonis, (g) modo Godofredi monachi (h) frequenter eruditorum in libris allegatur. Praeter Annales, quibus perseguutus est, quae annorum LXXV interuallo ab A. MCLXII ad MCCXXXVII, qui trigesimus est Frederici II imp. acta sunt, quamquam memoriae prodiderit amplius, quod aliquo sit habendam loco, nihil, vel his tamen concinnandis tantam iste impendit operam atque industiam, ut sine quodam eos dimittere encomio Gerard. Ioann. Vossius, (i) & Burc. Gotthelf. Struuius, (k) in Scriptorum autem suorum, qui de rebus exstat Germaniae, praeterire Tomo I. p. 239. (l) nullatenus Marquard. Freherus ὁ πάντα Francof. A. MDC voluerint.

Expli-

(e) Autoribus de Godofredo hoc nominatis addi insuper non immerito nunc possunt Louis Morerij Grand Dictionnaire Historique T. III f. 35. col. b. Io. Gerhard. Patrolog. p. 583. P. Freher. Theat. f. 781. Ger. Io. Voss. de Histor. Lat. l. II. c. LIV. p. m. 412. sq. Io. Andr. Quensted. de Patriis vir. ill. p. m. 326. Rob. Bellarmin. de Scriptorib. Eccles. p. m. 192. Bibliotheca C. Gesneri, I. Simleri, & I. I. Friesi f. 288. b. Io. Gottfr. Olear. Abac. Patrolog. p. 180. G. M. König. Biblioth. V. & Nou. f. 850. a. & longe plures. (f) vocat eum ira Sluter. in indic. Propyl. H. Chr. (g) hoc nomine appellatur Io. Cunr. Diterico in Breuiar. hinc inde Historic. (h) quomodo Ger. Io. Vossio de Histor. Lat. in indice, I. C. Beccmanno Catalog. Bibliothec. Francof. p. 204. & B. G. Struu. Biblioth. Histor. C. VIII. § VI. p. 191. audit. (i) l. c. l. II. cap. LVII. p. m. 434. (k) cit. libr. & loc. (l) Vid. iterum Struu. l. c. cap. VII. § III. p. 118. sq. autores, qui cum Godofredo hoc Marqu. Freheri Scriptor. Rer. Germ. tonum I. constituant, ordine recensentem, & conf. adhuc de Godofredo hoc Greil. Cate. l. c. f. m. 718. & Lud. Moreri Dictionarium Historicum Tom. III. f. 54. col. b.

Explicato Coloniensi Godofredo Godofredus expediendus  
instat de Fontibus, Minorita ex ordine S. Francisci Anglus, &  
Guardianus Parisiensis, quem Galefredum alii, vel Galfredum,  
alii Godefredum de Frontibus vocant, aetatis de cetero incertae  
scriptor. Quando huius hic paucis iniicio memoriam, & infor-  
mationem eum venire clarorum Godofredorum cupio, nequa-  
quam me peccaturum in eo, aut facturum, quod praesenti in-  
congruum sit loco, arbitror, quum caussam perspecturi sint fa-  
cile, qui hominis apud suos claritatem penitus paullo atque di-  
gnitatem adtenderint. Noster is est Godofredus, non pluri-  
mos solum ut ingenii sui pepererit foetus, interque eos, qui  
Cantabrigiae adseruatur mſrus in bibliotheca de infantia S. Ead-  
mundi peculiarem librum, (m) sed hoc etiam praecepue de  
eius existimatione magis perhibet indubitatum testimonium,  
quod reuerendi (n) quondam, siue, ut Arnoldus tradit Wion,  
doctoris venerandi (o) agnomine fuerit insignitus, qui qui-  
dem honor, quo adfectus est olim, utrum putandus sit nihil?  
aliis diiudicandum in medio relinquo.

Et Iungermannum quoque Godofredis nostris adnume-  
rare nihil vetat, philologum ac criticum excellentem, cui singu-  
larem plahē ingenii fuisse concessam felicitatem, simulac Lipsiae  
eum nasci e Ioachimi Camerarii filia contigit, non potest dissi-  
mulari a quoquam, aut vocari in dubium. Quae ab A.  
MDCLXXXII ad nostrum hoc vsque saeculum insigni rei publi-  
cae litterariae emolumento collecta prostant Eruditorum Acta  
Lipsiensia, modo virum illum doctissimum, modo charissimum  
eruditis

H 2

(m) Voss. l.c. I. III. Part. altera lit. G. p.m. 631. (n) ut perhibet Io. Möller.  
Homonymoscop. Sect. III. cap. V. § X. p. 879. (o) ap. Voss. nominato loco.

eruditis nomen, modo ipsum etiam adpellant Atlantem, (p) vt his contentus elogiis aliorum, quibus maestarunt eum ex debito, clarissimorum virorum praeconiis supersedeam; neque disparem etiam tantis se praestitisse laudibus, quae communicavit cum erudito orbe vno plura, eius euidenter pulcherrima scripta demonstrant. Quomodo non Iulio Caesari, vt hoc pri-  
mum exemplo fidem meis faciam verbis, alium quasi quemdam  
habitum, alium vultum induxit & colorem, dum ita istum edi-  
dit Francof. A. MDCVI cum suis variorumque notis, & Graeca  
in libros VII de Bello Gallico, quae Maximi Planudae est, ver-  
sione adcurate, vt palmam facile praeripere commentatoribus  
reliquis, & praestantissimae venire nomine editionis, (q) quo-  
rum est limatisimum in eiusmodi negotio iudicium, Io. Alb.  
Fabricio, & B. G. Struio (r) queat. Aequo clare Iulii Pollucis  
miram eius euincit in inlustriis veterum codicibus diligen-  
tiam Onomasticum, tam ab ipso ingenti cum fructu atque stu-  
dio emendatum, vt protractum e Schleusingensi, in qua delitue-  
rat haec tenus msrum, bibliotheca post Ioachimi Kuhnii prof.  
Argentoraten sis publ. qui illo fuerat usus, labore nouae nuper  
auctoris huius editioni cura Wetstenii duobus in folio tomis  
Amstelodami A. MDCCVI impressae inseri totum a Jo. Henric.  
Lederlino potuerit? (s) Vis plura adhuc de Godofredo hoc,  
vnde

(p) A. MDCCVII, Ianuar. p. 1. § 2. (q) Bibliothec. Latin. p. 21. (r) Bi-  
bliothec. Historic. cap. V. § VI. p. 66. vt Mart. Hanckium de Scriptorib. Rer. Roman.  
I. I. P. I. cap. IV. art. 2. p. 33. sq. § 1. II. P. II. p. 208. omittam. (s) de God. Inger-  
manni notis in Iulii Pollucis Onomasticum msris, earumque circumstantiis, sigil-  
latim editione noua Kabnio-Lederlino-Hemsterhusina vid. Godofr. Ludouici His-  
toriam Rectorum, Gymnasior. Scholarumque celebrior. hoc anno impress. P. I. p. 134.  
Christ. Juncker. dissert. epistol. de Statu Bibliothecae Schleusingensi. ad Petr. Ambros.  
Lebmann. collectorem Nouor. German. Hamburg. quae iisdem inserta legitur Nouis  
Litterar. MDCCIII. Aug. p. 306. sq. Acta Erudit. A. MDCCVII. Ian. p. 1-9. § G. M.  
König. Biblioth. V. § N. f. 429. b.

vnde eius apertius etiamnum dignitas innotescat, Iungermanno? Nimis sit avarus, qui ex his iamdum indicis merita nostri satis non intelligat, aut in aere propterea illius orbem esse eruditum, ingratus neget! Immo vero nec Herodotum, quem idem recensuit iste, nec quae transtulit Latine, Pastoralia Longi, nec quas superesse autographas nouimus, (t) ipsius epistolas, est ad conciliandum ei maiorem splendorem huc adponere necesse, ut carere iampridem tanto lumine mundum, quando Hanouiae die XVI August. A. MDCX decessit, potiori nobis credamus esse deplorandum iure, (u)

Sunt etiam, quae impetrare a nobis facilissime possunt, ut claris eum adscribere Godofredis neutiquam vereamur, in Godofredo Voigtio non pauca; non modo, quod Problemata quedam idiomate vernaculo prodire fecit, physica, quibus id est consequutus, ut ipse etiam haud contemnenda ea Daniel. Georg. Morhofius duxerit, (w) sed hanc maxime ob rationem, quod scholarum Gustrouiensis, atque Hamburgensis moderator, censente Io. Mollero (x) doctissimus ore pariter & calamo per vitam integrann egregie iuuentutem instruxit. Andreas Godofredus Ammon erat, qui vocatus a duce Megapolitano scholae Gustrouiensis rector in gymnasii illam rededit formam, & in arte oratoria plurimum excelluit, & methodum declamandi, disputandique academicam primus introduxit. Huic noster successor datus, vbi Vitemberga A. MDCLXVIII Gustrouiam con-

H 3

cesserat,

(t) in Schleusingensi. Bibliotheca. V. denuo Chr. Juncker. l. c. p. 307. & König. l. c. Commercium in specie Iungermannicum Wolffg. Sebero litterariorum vid. Godf. Ludouici adduct. l. P. I. p. 125. (u) quo de V. Henn. Witten. Diar. Biogr. T. I. lit. H. 3. & adpend. ad A. C. 1610. itemque König. cit. l. (w) Tom. II. l. II. cap. II. §L Polyhistor. p. 163. (x) Homonymoscop. Scit. II. cap. VII. §136. p. 728.

cesserat, ita munus suum fuit auspicatus dextre, ut quam reliquerat gymnasio iam Sedinensi praeficiendus Ammon, non refineret solum ille laudem, sed amplificaret etiam subinde propriis meritis, gloriamque magis studeret intendere. Credidisse in neminem dictum fuisse rectius, quod Philippus quondam Melanchthon de Valentino Fridlando Trocedorfio, Goldbergeni rectore tulit iudicium, virum hunc professus eruditum, & doctorem eximium, qui que ita ad scholam natus sit, ut ad castra regenda Scipio olim Africanus, (y) quam in Godofredum Voigtium. Non contentus iste gradu philosophico ad honores quoque adspicrabat Giessae A. MDCLXXVIII in theologia summos, disciplinam usque quaque obseruabat in docendo veterem, linguae praeterea Latinae suum restituere nitorem gestiebat, ad usum denique omnia dirigebat suorum auditorum, quibus permoueri singulis annon Hamburgensium res publica potuerit, ut A. MDCLXXXI ad rectoratum eum scholae Iohanneae capessendum inuitaret, equidem nescio? In scriptis sane, quibus perperam Henning. Wittenius, & Mart. Lipenius Biblica Alberti Voigtii Miscellanea inmiserent, (z) fuisse illum certum est solidissimum, in coniugio pariter, quod cum Lidumila superintendentis Gustrouiensis, Daniel. Iani filia iniit, fidelissimum, in scientiis ceteris, qua sacris, qua profanis versatissimum, modo non resignare officium suum tam repente morte immatura, & quum duobus esset annis quadragenario inferior, decidere de statione vitae A. MDCLXXXII die VII Iulii supremi fuisse iussus imperatoris voluntate. (aa)

Quid-

(y) V. Cl. Geo. Frid. Newman, de Eruditis, qui patriam obscur: nobilitar. lit. B. 2. b. (z) iterum Möller. l. c. (aa) Vitam & scripta Voigtii vid. H. Witte Diar. Biog. T. I. A. 1682. & Frid. Thomasae Analect. Gustrouiens. Catalog. Biograph. Person. p. 69. sq. Conf. König. Biblioth. f. 854. Nona nostra Litterar. MDCCIV, inv. p. 164. & lo. Möller, memorat. loc.

Quidquid nostra exercitatio laudis in claros partitur Godofredos, idem illud meritis quoque conuenit nunc Godofredinon minus Ludouici, elegantis viri ingenii, & illustris, quod Schleusinka habet, gymnasii Saxo-Hennebergici rectoris grauissimi. Recens iste nuper hoc, quem agimus anno, consignare scriptum coepit, Rectorum, Gymnasiorum, Scholarumque celebriorum historiae titulo, der Schul-Historie insignitum: (bb) In eo circa illud potissimum occupatur argumentum, ut rectores, qui maioris sunt ante ceteros existimationis, describat summam a vita, fatis, scriptis, nonnumquam etiam singularia inspergata aliqua; & quam aliis impertitus est laudem, (perinde, ut de Julio Caesare M. Tullius (cc) aiebat aliquando: Quum Pompeii statuas reficeret, suas illum erigere,) eamdem inter illustres quosque rectores ipsi pariter deberi Ludouico gloriam, nihil dixero contra veritatem, si eam cum celeb. collectoribus der Unschuldigen Nachrichten adserum. (dd) Utique non infimum inter eruditos Godofredus Vockerodt, Mulhusinus parauit sibi studiis suis ac doctrina locum, qui, quum Halensis gymnasii in quartum conrector fuisset annum, & die dehinc XXIII Iulii A. MDCXCIII professoris classis selectae adjisset Gotha munus, mortuo nunc Hesso rectoris etiamnum maximo iuuentutis emolumento spartam sustinet, scriptis plurimis litterariis, Introductione praecipue in notitiam societatum litterariorum, (ee) Consultatione de litterarum studiis, Sermonibus Panegyricis

(bb) Lipsiae pl. II. in 8ao. (cc) cap. excell. 8eb. Koribolt, praefat. in librum patria sui de Trib. impostorib. \* 4. b. (dd) A. 1703. XII. Ordin. p. 741. & 743. (ee) Societatum litterariorum, in quam introductionem hanc A. 1687 dedit Gottfr. Vockerod ab eleganter docto viro Christ. Tuncero historiam Henr. quondam Meibomius expectabat. Additament. ad V. H. Vogler, introd. in notit. bon. Auct. p. m. 180. Jo. vero Mollerus praeter introductionem Societat. Litter. omnium § 5. Sest. I. de Societatibus Ante-diluvianis, quas eruditus vocat, nihil fuisse hactenus editum dolet. Praefat. in D. G. Morhof. Polyhist. Tomus II posterior. § V. p. 7.

gyricis (ff) &c. inclusus. Non absimilem nominis famam adeptus est Godofredus Hofmannus, lycei apud Laubanenses rector, libri, qui Kern-Sprüche audit der Heil. Schrift, (gg) nec non derer Lebens-Geschichte aller Evangel. Pastorum primariorum, die von MDXXV bis auff diese Zeit in der Stadt Lauban gelehret und geleset haben, (hh) Weg zur Composition der Lateinischen Sprache, (ii) Einleitung in die Lateinische Sprache, Unterricht zu Erziehung der Jugend, Lehr-Art im Laubanischen Lyceo, aliorumque notissimus auctor. Et Godofredum quid impedit his rectoribus addere Gleitsmannum, scholae, quae Cizae viget, episcopalis rectorem industrium, quem nouisse teneram pubem apte ad studium formare atque usum non eget longa probatione. Neque vero inferiorem his esse omnibus nostrum habendum Godofredum Ludouicum, siue modum docendi, siue officii fidelitatem, siue methodum praceptorum, siue alias, quae bonum commandant magistrum, virtutes intuearis, vnde melius, quam ex ipsis eius actis scriptisque desumam testimonium? Vide mihi admirabilem protinus eius in laboribus tractandis scholasticis peritiam, quando Baruthi natus in Lusatia die XXVIII Octobr. A. MDCLXX conrectoris iam A. MDCXCIII die XXVIII Febr. stationem in schola, quae a Nicolao denominatur, Lipsiensi senatoria, Schleusingae vero ab A. MDCXCVI rectoris sibi passus est arduam imponi prouinciam. (kk) Vide etiam scripta illius ut multa sat, ita nec vulgaria, quorum ex numero schediasma in primis sacram de Hymnis & Hymnopoëis Hennebergicis, Schleusingae A.

(ff) utrumque scriptum Gothae prodit 1705. 8vo. (gg) Recensum vid. Unschuld Nachricht. 1707. p. 271. (hh) Lauban. 1707. in 8vo. (ii) Leipzig. 1705. 8vo. (kk) De se ipso hanc nobis est impetratus relationem Histor. Rector. Gymnas. Sc. p. 146.

A. MDCCIII excusum (II) post Memoranda Episcopalia Schleusingenfis Gymnasi, Eiusdem Lēctionum ab illius ortu vsque A. MDCCIII historiam, Exercitationem ad Panegyricum Plinii, Tabulas Logicas, Collegium Excerptorium, Manuductionem ad Poefin vernacula, Programmata infinita, quaeque in posterū molitur edenda (mm) placuisse admodum eruditis, & magnam a quibusuis iniisse gratiam constat. Praeter haec nihil adtinet de Godofredo Ludouico commentari plura, quem sentio tacendo posse a me laudari magis, quam loquendo.

Nondum omnes absolui, quibus gloriari philosophia potest, aut superbire, claros Godofredos, quin Godofredo adhuc ad extremum debeam esse intentus Zennero, Altenburgenfi Misnico, inter eos, qui ephemerides, relationes menstruas, acta litteraria, memorias, transactiones, obseruationes historicas, & id genus adornarunt alia, viro quodammodo noto. Godofredum enim Schulzium etsi praemittere huic ob chronicon, quod ab O.C. ad A. vsque MDCXLVII (nn) reliquit, & anteponere ferebat noster animus, quia tamen isto est consarcinatum indigesto ordine, vt nec ipsum Beermannus librum, *fürze Weltbeschreibung* vllius putauerit esse pretii, confusam potius ac nauosam adpellans monile, (oo) nec eius pariter continuationem Hartnaccius maioris aestimandam arbitratus fuerit momenti, cuius sint reprehendenda longe plura capita, quam probanda, (pp) hoc insuper

I habito

(II) *Conspicuum exhibent Unsch. Nachricht.* l. c. quae, daß Ludonici in dieser Hennebergischen Rieder-Historie eine treffliche Probe seiner curiosen Gelehrsamkeit an den Tag geleget habe / affirmant. Add. ipse Ludonici. l. c. p. 17. (mm) *De his vid. passim Ludon. & Unsch. Nachr. alleg. II.* (nn) *V. König. Biblioth. Ver. & Non.* f. 739. b. (oo) *Histor. Orb. terr. c. I. n. 6 ap. T. Magir. Eponymol. Crit.* p. m. 739. (pp) im Erachten von Einrichtung der alten Teutschen und neuen Europäischen Histor. unde desideratissimus Tenzelius Dialog. Menstr. 1689. p. 250.

habito scriptore ad ea , quae Zennerum concernunt , aetutum progredior adnotanda. Prodire nimirum ille A. MDCXCII Nouuellen aus der gelahrten und curiosen Welt / darin die quintessenz mannigfaltiger Gelehrsamkeit abgehandelt wird / Fran-  
cof. & Gothae in forma octaua fecerat ; in iis propositurum se,  
quae ad exquisitam pertineant eruditionem , de libris praefer-  
tim multa quum recentioribus , tum antiquioribus dicturum  
publicam exsoluerat eruditis aude ista exspectantibus fidem ;  
His postea nouis , quibus vnuus vtrinque annus & exordium  
dederat , & simul finem , mutatum A. sequenti MDCXCIII prae-  
fixerat Parnassi titulum , donec A. tandem vertente MDCXCIII  
suo se nomine palam Zennerus orbi ostenderet , & trimestri quo-  
nis spatio eius modi editurum Parnassum profiteretur , ad A. tan-  
tum MDCXCVI continuatum . Sed enim uero , quam magnifi-  
cam iusserat de se , & suo isthoc conatu concipere omnes initio  
spem , tam prorsum vanam fuisse illam , tamque inanem , eo  
quod nihil tulerit tanto dignum promissor hiatu , ex toties iam  
laudato fas est quoque nunc audire Burc. Gotth. Struui.  
Minime omnino credendum est , suo ipsum suffragio subscribere  
huic operi adeo honorifice , vt politicum magis eius institutum ,  
quam litterarum , pauca , quae de libris narrat , & haec sane ma-  
xime cognita , reliqua , quae ex historicis , moralibus , & eiusmodi  
deprompta proletaria , stilum re non admodum , nec nigrum respon-  
dere rubro , si sicco velim pede , quae plura habet ibi in hanc  
sententiam , transfire , censeat idem atque existimet. (qq)

Haet-

(qq) *Introd. ad notit. rei litterar. C. III. § XVIII. p. 108. sq.*

Haec tenus, quos obseruare in vnaquaque licuit facultate,  
 claros tractatione sum complexus conditionis nobilioris Godo-  
 fredos, quibus si subiecte iam eadem opera illorum vellem,  
 qui leuioris sunt commatis, adpendicem, quae meta nostri sit  
 futura laboris, aut quis tandem exitus? Ita siquidem eundum  
 nunc mihi recto cursu ad Godefridum Calum foret, archie-  
 piscopum saeculo XIII Bituricensem, a biographia Briocensis  
 episcopi, S. Guillelmi, quae apud Surium inuenire integra da-  
 tur, memorandum; (rr) deueniendum esset ad Godefridum  
 seu Geofridum Beaglerium, qui litteris circa A. MCCL Fran-  
 rum regis S. Ludouici, cui ab eleemosynis & confessionibus  
 annis XX fuerat, vitam mandauit, inter libros manuscriptos  
 in collegio Lutetiae Parisiorum Nauarrenio regio adseruatam:  
 (ss) pergendum etiam ad Godefridum Claraeuallensem mona-  
 chum, dein Ignaci, demumque A. MCLXII Claraeuallensem  
 abbatem, Bernhardi olim notarium, & vitae eius auctorem  
 in itineribus illum Franciae & Germaniae A. MCXL sequutum,  
 & ad synodum Remensem A. MCXLVIII, vbi rogatu cardinalis  
 Albanensis de istius gestis historiam elucubravit, quae concilio-  
 rum generalium tomo III habetur, comitem. (tt) Neque in-  
 tra hos modo stare cancellos nostra posset industria, sed accer-  
 fendi pariter in hanc scenam venirent Godefridus Cornubien-  
 sis A. MCCCX editis super sententias commentariis, quod-  
 libetis, libellisque Metaphysicis, Physicis, Logicis clarus;

I 25 (uu)

(rr) cuius meminit G. I. Vossius de Historic. Latin. l. II. cap. LVII. p. 436. nec non  
 du Cange Glossar. ad Scriptor. Med. & Infirm. Latinitat. indic. Aut. p. 103. (ss)  
 Voss. l. c. cap. LIX. p. 446. (tt) De hoc, lo. Gottfr. Olcar. Abac. Patrologic. p. 179. sq.

(uu) Godfridus Candelarius Teutonicus, Aquisgranensis carmelita A. MCCCCXCVIII postquam in librum scriperat sapientiae, & alia plura, defunctus; (ww) Godofredus Bononiensis, episcopus circiter A. MLX Parisiensis, & Galliae postmodum cancellarius; (xx) Godefridus Tilmannus, Carthusiae Parisiensis monachus, in historia ecclesiastica, quam promouere an nisus est diuersis ingenii monumentis, auctor non incelebris; (yy) Godfridus Hermantius, doctor Sorbonicus, (zz) nec non Godfridus Santuortius, (aaa) quorum hic cum A. Gallo nio, A. de Sauffay, P. I. Baccio S. Philippi Nerii, ille Athanasii, Chrysostomi, Basili, aliorumque praestantissimorum ecclesiae patrum stilo sunt vitas prosequuti. Iniquum pariter fuerit, inter nobiles Godfredos non recensere Godfredum Goesium, olim Christiano V regi Daniae a concionibus aulicis & consiliis sacris, post in templo Hamburgi Nicolaitano tam annis, quam meritis reuerendum senem; (bbb) Godefridum Vdemanum, ob pacem Sionis contra Babel Paedobaptistarum, quem doctum iste laborem adpellat, singulariter a Io. Henr. Hottingero commendatum; (ccc) Gothofredum Menthenium, thesauri, qui eius Amsteloda mi

(uu) Ex Baleo Bibliotheca Gesneri contracta per Simler. Et Fris. f. 288. a. Solemnis ei olim fuisse agnomen tributum obseruat. Io. Möller Homonymocop. Scft. III. C. V. §. X. p. 880. (vv) Vid. Gesner Simler. Et Fris. Biblioth. f. 288. a. (xx) quem Lud. se sit Morerius Grand. Dictionnaire Historiq. T. III. f. 54. col. a. (yy) Plurima eius in historia eccles. scripta inuenies ap. Gesner. Bibl. I. c. f. 288. a. Et I. I. Hofman. Lexic. Vniuersal. f. +05. & quibuscum Et And. Ruetus Critic. Sacr. p. 332. 381. 477. Et excellent Th. Itigius Diff. de Patribus Apostolic. Bibliothecae eorum praefixa p. 157. sq frequentem illius facinor mentionem. (zz) Laudat eum hoc nomine vener. Io. Fr. Mayer Eclog. de Fide Baron. Et Bellarm. ipsi Pontif. ambig. p. 153. (aaa) Mayer dicto l. p. 9. (bbb) Memoriam G. Goesii edidit Ant. Reiserus Hamb. 1670. 4to. sui eriam Diarii Biogr. T. II. inservit H. Witten. p. 120. col. b. (ccc) Bibliothecar. Quadripart. l. III. C. II. p. 382.

mi auspiciis II in folio voluminibus est excusus, philogici collectorem eximum; (ddd) Godfriedum Rhonium, Vratislauensem, antiquitatum patriae, quod varia eius comprobant schediatisnata, scrutatorem solertissimum; (eee) Godofredum Bucholcerum, quem Abrahami patris sui indicem continuasse chronologicum res est vel tironibus notissima; (fff) Godofredum de Peschwitz, Gedanensium tam in humaniori litteratura, quam iure ad A. MDCXCVI, quo die XXIII Octobr. decessit, consudem versatissimum; (ggg) Godofredum Raspium, (hhh) philosophiae quondam Lipsiae, perinde, ut Godofredus Slüterus, (iii) publicum interpretem, collegiique minoris princip. collegiatum; Godofredum Wagnerum, sua se epistola inter patronos sententiae, quae Iustino martyri dialogum cum Tryphone Iudeo abiudicat, A. MDCCI professum; (kkk) Godofredum Kirchium, insignem Berolini Mathematicum, non vno passim loco ob inuenta eius Astronomica, Mathematica, curiosa in Actis Eruditorum Lipsiensibus celebratum; (lll) Godofredum Thomasium, Iacobi fil. medicum Noribergensem, & polyhistorem iu-

I 3

dicante

(ddd) instituant eius recensum tum Acta Erud. MDCCII. April. p. 158. sq. rum Unschuld. Nachricht eiusd. anni LII. Sontag. p. 1134. sq. (eee) V. Monat. Untertet. A. 1693. p. 368. 986. A. 1694. p. 39. 970. & B. G. Struvi. Bibliothec. Historie. cap. XIX. §. X. p. 527. §. XII. p. 529. (fff) Iudicium de hac God. Bucholceri continuatione indicis paterni Chronolog. habet V. H. Vogler. Introd. in norit. bon. Auctor. p. m. 4. (ggg) Scripta queant videri in Nou. Litter. Mar. B. MDCXCVIII. Aug. p. 128. Familiam eius Caesarum Augustum sigillarim laudat Struvi. lib. cit. cap. V. § VI. p. 68. (hhh) Considenda de illo concio funebris a Jo. Hopnero, D. P. P. in eum habita. (iii) Exstat in hunc pariter funebris El. Sigism. Reinharti, D. concio. Lips. 1666. ex qua scias posse rigant areolas P. Freher. Theatr. clar. Vir. f. 1552. b. sq. (kkk) Quisquis ille sit auctor, commode Wagneri nomen existimat siemisse, qui in se immitum plautra coniuciorum coniecerit, doctiss Alb. a Felde Demonstrationib. tomis. Dialogum in Tryphon esse verum Iustin. foerum. 1707. lit. A. 2. b. Ceterum Wagneri epistolam recensent AF. Erud. MDCCII. April. p. 151. (lll) Vid. Iudic.

dicante excellentiss. Goezio clarissimum ; (mmm) Godofredum Feinlerum ex Theatro morientium (nnn) doctis non ita pri-dem cognitum ; Godofredum Franckenium ; (ooo) Godofredum a Lit ; (ppp) Godofredum Zapfium ; Godofredum Weid-nerum ; Godofredum Schachmannum ; Godofredum Friderici ; Godofredum Wandelmannum ; Godofredum Sopingium ; (qqq) Godofredum Spinaeum ; (rrr) Godofredum Dexelium ; (sss) Godofredos Remensem , Spirensem , & Wintonensem ; (ttt) tres Godofredos Molleros. (uuu) Tanta restat & tam ampla il-lorum, qui clari audire quodammodo Godofredi queunt, turba, vt ne sola quidem adsequi singulorum aut exhaustire numeran-do nomina valeam. Sed hos ego iam omnes , aut quotquot praeterea non succurrunt mihi , bona lectoris venia , quando epistolam volui saltem scribere, non librum, iubeo hinc in praesenti facessere.

Redeo potius ad Te iterum, Generose atque Nobilissime Domine, & cuius destinare honori hanc primum materiam coe-  
pi,

---

(mmm) Princip. Hebraice doct. § I. p. 3. (nnn) quorsum & referenda eiusd. auctor: Tobias oder dessen Glücks- und Unglücks-Fälle. eclip. 1701. Biblisch. Klag-Leauer- und Todten-Haus. ibid. 1703. Salamithin & reliqua. (ooo) ex Ale-gambe vid. König. Bibl. V. & N. f. 316. a. nec non H. Witte D. B. Tom. I. A. 1654. (ppp) memoratum a Io. Hallernord. Bibliothec. Curios. p. 108. b. sq. (qqq) Singu-lorum istorum vitam & scripta exponit Henn. Witten. in Diar. Biogr. suo quem-que anno emortuali. (rrr) Prof. Publ. O. Lugd. qui recensendo Hugo. Grotio de I. B. & p. quum ad libr. eius II. cap. IV. peruenisset, est immortatus. V. B. G. Strauß. Bibliothec. Iuris select. p. 69. Geo. Beier. Notit. Auctor. Iuridicor. Specim. II. p. 4. sq. (sss) cuius sunt: Deliciae Emblematicae Lips. 1701. 8uo. Theatrum Curiosum Hi-storicum ibid. 1698. 8uo. Gesprächs-Lust. ib. 1599. 8uo. Angenehme Garten-Gesell-schaft. Dresd. 1701. 8uo. & alia. (ttt) quos indicat mihi du Fresne indic. Auctor. Glossar. ad Script. M. & I. Latin. p. 103. De Wintonensem vid. etiam Bibliothec. Gesner. Simler. Friesian. f. 288. b. (uuu) Celebrabit hos aliquando in Musarum Mola Castalia , qui eodem gaudet cum iis cognomine, eruditiss. Io. Möller, ipse huius rei testis & index in Homonymoscop. Sect. I. cap. III. p. 82.

pi, in eius commemoratione nominis leuidense pariter nunc argumentum tandem finio. Ecce Tibi ita, quos efflagitasti pri-  
dem, claros Godofredos, schediasmate descriptos abs me qua-  
licunque historico-litterario! & utinam satisfacere voto Tuo ex  
asse, & respondere per tenuitatem meam ac eruditionis curtam  
satis supelle<sup>t</sup>ilem licuisset mihi! Sane non alio fas sum arbitra-  
tus testari meum Tibi propensum studium documento, quam  
hoc publico. Exigere videbatur illud, & suo quodam iure po-  
stulare beneficiorum, quae spargere verius liberali manu in do-  
mum meam ab aliquot retro annis, quam conferre non fuistis  
vniuersim dignati, immensa multitudo, quorum etiam post  
Deum clarissimum fructum frater meus grata iam mente percipit.  
Tantae ergo benevolentiae vestrae apud omnes praeco,  
nostrique simul deuin<sup>t</sup>issimi adfectus interpres haec penes Te,  
quia negatum est dare meliora, pertentis extet dissertatio.  
Addo postremo pro salute tum Tua, tum eorum, quibus san-  
guine es & cognatione iunctus, plium votum, Deus vos ut ser-  
uet. Seruet parentem Tuum excellentissimum, virum sui no-  
minis, charissimum Cimbriae caput, & studiis litterarum re-  
donatum nostro saeculo maeценатem: Seruet matrem Tuam,  
feminam vere incomparabilem, omnibusque sexus sui, quae  
commendare le<sup>t</sup>issimam vxorem possunt, ornamentis supra  
vulgarem sortem longissime praestantem: Seruet sororem, in-  
signi virtute, gratia, ventestate, morum elegantia prorsum exi-  
miam: Seruet fratrem indole inde a prima aetate, quae senem  
etiam non dedebeat, rara, & ingenio excelsa: Te denique  
seruet ipsum, in alma Holsatorum academia, quam pater quon-  
dam

dam Tuus docendo inlustrauit praecclare, (www) ad maiora quotidie laudis gloriaeque incrementa non segniter iam tendenter, augeat nouis subinde qua animum, qua corpus, qua fortunam, optatis bonis, aduersus pericula quaeque & incommoda suo munit semper potenti praesidio, fospitet, tueatur, & primo aliquando inter claros Godofredos loco, patria, parentibus, bonisque omnibus adplaudentibus collocet. Ita viue felicitate, quae voueri vñquam potest, omnigena beatus, diemque, quem agis hodie auspicato, Godofredi in seros annos laetus celebra. Vale, mihi que cum Tuis benevolentiam & fauorem, quemadmodum ego cum meis perennem obseruantiam, declarare vsque perge. Perscripsi Lubecae e museo III Non. Martii A. MDCCVIII.

... (www) ab A. 1670 ad 1677. V. Möller, Isagog. ad Histor. Chersones. Cimbric. P. IV.  
Cap. I. p. 368.














## DISSERTAT. EPISTOLIC.

63

d nostra exercitatio laudis in claros partitur Godo-  
lud meritis quoque conuenit nunc Godofredinon  
ici, elegantis viri ingenii, & illustris, quod Schleusin-  
nafii Saxo-Hennebergici rectoris grauissimi. Recens  
et, quem agimus anno, consignare scriptum coepit,  
ymnasiorum, Scholarumque celebriorum historiae  
ul. Historie insignitum; (bb) In eo circa illud potissi-  
ur argumentum, vt rectores, qui majoris sunt ante  
nationis, describat summam a vita, fatis, scriptis,  
etiam singularia insperata aliqua; & quam aliis im-  
udem, (perinde, vt de Iulio Caesare M. Tullius (co)  
do: Quum Pompeii statuas reficeret, suas illum eri-  
n inter illustres quosque rectores ipsi pariter deberi  
riam, nihil dixero contra veritatem, si eam cum  
oribus der Unschuldigen Nachlässen adserum. (dd)  
sum inter eruditos Godofredus Vockerodt, Mul-  
tit sibi studiis suis ac doctrina locum, qui quum Halli  
in quartum conrector fuisset annum, & die dehinc  
A. MDCXCIII professoris classis selectae adiisset  
us, mortuo nunc Hesso rectoris etiamnum maximo  
monumento spartam sustinet, scriptis plurimis litter-  
atione praecipue in notitiam societatum litteraria-  
consultatione de litterarum studiis, Sermonibus Pan-  
gyricis

de pl. II. in suo H. (cc) ap. excell. Seb. Kortholt. praefat. in librum  
impostorih. \* 4. b. (dd) A. 1703. XII. Ordin. p. 741. & 743. (ee)  
variarum, in quam introductionem hanc A. 1687 dedit Gottfr. Vö-  
ller docto viro Christ. Junckero historiam Henr. quondam Meibomius  
tament. ad V. H. Vogler. introd. in notit. bon. Aut. p. m. 180. Io.  
eter introductionem Societat. Litter. omnium & Seb. I. de Spie-  
rianianis, quas eruditas vocat, nihil suisse hattenus edidisse dicit.  
Morkof. Polyhist. Tomos II posterior. § V. p. 7.

Image Engineering Scan Reference Chart U763 Serial No. 572